

2
3
4
7
8
9
10



1649.

1. Piccius, Gregorius: De antichresi. ad l. 17 C. de usu.
2. Dieckhoff, Christophorus Ludovicus: De stylo curiae
3. Esprickius, Jacobus Valentinus: Specimen examinis testamen-
tarii.
4. Frantz, Johannes Trachianus: De remediis adversus
inaequalitatem divisionum competentibus.
5. Piccarbus, Gualff. Jacobus: De rebus paribilibus. C. C.
16. de poenis
6. Rebhan, Johannes: De defensione necessaria
7. Rosenkrantz, Cornificius: De jure Danico.
8. Pax, Johannes Melchior: De sententia illentri:
solue et repete.
9. Sebling, Johann Baptistus: De re litigiosa.
10. Schoem, Christianus: De prohibitione alienationis
in ultimis voluntatibus.

1649

11. Schoene Animarus: De purgatione moral
12. Jabos, Joh. Vlllo: De um syntheticae juris prudentiae
in analytica. Spec. 3.
13. Jabos, Joh. Vlllo: De crimine stellionatus
14. Thilo, Georgius Melchior: De definitione et necessi-
tate testi, ex principis juris natural et gentium

1650.

1. Piccius, Gregorius: De defensione necessaria
2. Piccius, Gregorius: De forma et modo testandi
3. Piccius, Gregorius: De fiduciariis, (brunijue)
beneficiis.
4. Mitschius, Casparus: Locus questionum, quae ut casus
pro amico commendantur. 2 Samml. 1650: 1428.
5. Muerling, Johann: De jure fisci
6. Casparus, (Christophorus): De pollicitationibus
7. Guelden, Tobias Uricus, a: De restitutionibus in integrum

168.

8. Roemer, Cornelius: De supereminenti domino.
9. Schultz, Philippus: De jure talionis.
10. Sultorius, Bernhardus Balthasar: De juribus in fe.
statu majoribus.
11. Tabor, Joh. Otto: Incentibus et privilegiis novum
de non appellando, ducum Brunsvic. ac. Lüneburgensium.
12. Tabor, Joh. Otto: De modis acquirendi feudum.
13. Thoman, David: De prorenetis.

[Faint, illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]











Diss.
551.

1649, 3.

SPECIMEN
EXAMINIS TESTA-
MENTARII,

In quo

Difficiliores Juris Articuli

DE COACTIS TESTARI, DE RE-
BUS FIDEICOMMISSO SUBJECTIS, ET DE
LEGITIMA PER NUNCUPATIONEM
TESTANDI FORMA

Cum aliis annexis præcipue explicantur,

LOCO DISPUTATIONIS INAUGURALIS

EX

DECRETO ET AUCTORITATE
MAGNIFICI, AMPLISSIMIQUE ICTORUM
IN ALMA ARGENTORATENSI UNIVER-
SITATE ORDINIS

PRO

CONSEQUENDIS IN VTROQUE IVRE HONORIBVS AC
PRIVILEGIIS DOCTORALIBVS

Solenni Examine Academico submissum

à

JACOBO VALENTINO ESPICHIO,
Argentoratensi.

In Auditorio Majori Mense Febr. die 12.

ARGENTORATI,

Typis JOHANN. PHILIP. MÜLBII,
ET JOSIAE STÄDELI,

MDCXLIX.

VIRIS
MAGNIFICIS, NOBILISSIMIS,
REGENDÆ QVE CIVITATIS FRVDEN-
TIA MAXIME
ILLVSTRIBVS,

DN. PHILIPPO JACOBO *Keyseisen* / Liberae hujus
S. R. I. Reipublicae Argentoratensis Novo per hunc
annum Consuli, ac Tredecim-Viro.

DN. JOHANNI MICHAELI STEMLERO, in
eadem Republica Consulari ac Tredecim-Viro.

PATRIÆ PATRIBVS PIIS,
INCLYTIS, FELICIBVS.

Ut & VIRIS
NOBILITATE, AMPLITVDINE, CONSILIO
EMINENTISSIMIS

DN. MARCO OTTONI, U. J. Doctori, Reipublicae
Argentoratensis Advocato & Consiliario, nunc in
Conventu Osnabrugensi & Monasteriensi ad sublime
faciendae & jam factae Pacis negotium Legato per hoc
tempus gravissimo, felicissimoque.

DN. GREGORIO BICCIO, Jcto, Doctori & Pro-
fessori Pandectarum in Universitate Argentoratensi
Excellentissimo.

DN. MELCHIORI ERHARDO, J. U. D. Cam. Imper. hu-
jus Reip. & Senatus Minoris Advocato & Procuratori,
Nobilitatisque Liberae Suevicæ ad Sylvam Hercyniam
Syndico dignissimo.

Dnns. Patronis, Promotoribus, & Cognatis meis
Disputationem hanc Inauguralem
Cliens humillimus, gratissimus beneficiorum estimator, obseruan-
tissimus Cognatus submisso dedico consecroque,
SINGVLIS
Vitam longam ac prosperam, Reipublica, Academia,
mea quoque saluti h. e.
publice privatimque profuturam, pie adprecatus

JACOBUS VALENTINUS ESPICH.



P R Æ F A T I O.

DE eligendo disputationis themate cum diu mecum deliberassem, offerebat tandem se, etiam non vocata, Testamentorum ultimarumque voluntatum materia. Commendat illam forensium certaminum frequentia, commendat rei sanctitas, quam morientium suprema iudicia merito respicimus. Solatium hoc pie agnoscendum est fati ac mortalitatis, ut, post vitam in terris his extinctam, vivat adhuc nostra inter relictos homines voluntas. Certe quem pietatis, integritatis, rationis recte vel minima ornavit particula, eum credo Testatorum ultimis preceptis commoveri & ad supremam eorum observantiam tacita quadam religione impelli: timendum est, ne gravissimus tam nefandi criminis vindex Deus ab illorum partibus stet, quorum testamenta conscientis viventium commendata temere decipiuntur, impugnanturque. Equidem utilissima meditationis capita sunt, simul & longissimi sermonis, quacunque Testamentorum consideratio exhibet. Placere tamen hac precipue, ad qua partim disputationum copia, rerumque difficultas, partim exempla horum temporum invitarunt. Libertate hic utor Exercitij Academici, qua & aliis licuit ingenii sui specimina exponere. De coactis ad testandum non aliam loquendi causam habeo, quam ut inter tam crebras querentium voces atque litigantium certamina meum iudicium ex legibus ea de re informem. De rebus Fideicommissis subjectis dicendi locum materiae difficultas assignavit, Formaque testandi doctrinam, sub exemplo tantum ac discursu de implicitis testamentis descriptam adjecit

A

iusta

justa Examinis series, duabus precipue partibus constans. Neque hinc contradicendi cupiditas, à meis moribus prorsus aliena, sed disputandi arripienda occasio, veritatisque ex jure Civili demonstranda amor impulit. Est ea controversia de implicitis testamentis non nuper demum nata, sortita est jam olim suos patronos ejusmodi testatio, Bartolum & Baldum, plurimosque Doctores: nec qui eam hodie defendit, vel impugnat, novitatis studio id facit; habet utrobique antiquiores auctores, à quibus dissentiat, quibusve consentiat: Quicquid est, unusquisque suae opinionis causas non ignorat, si non omnibus, sibi tamen sufficientes, nec ulla tam absurda sententia est, qua non ab acri subtilique ingenio possit colores quosdam accipere. Interim qua hinc ad disputandum traduntur, ea judicii aequitate, quam ipsa tibi, Benevole Lector, proposita materia difficultas amice imperat, suscipe, cunctaque hac lege examina, ut instituto meo, quod jam intellexisti, convenient.



SPECI-



SPECIMEN
EXAMINIS TESTA-
MENTARII

Eiusque

PARTIS PRIMÆ

ARTICULUS I.

Legitimum Testatorem ordine describit, initio facto à per-
sonis per ipsam Naturam ad testandum ineptis; simulq; Te-
stamentum, quod ob hominis stoliditatem impugnari
potest, considerat secundum rationes dubi-
randi & decidendi.

Prima in Examine iudicioq; Testamentario, quod jam instituetur, inspectio est, An is, qui fecit testamentum, habuerit testamenti factionem, sicut I Ctus Gajus, iudiciarie hujus artis peritissimus, loquitur in *l. 4. ff. qui testam. fac. poss. add. l. 14. pr. ff. de jur. Codicill. Bocer. class. 3. disp. 2. d. 1. Sichard. ad Rubr. C. qui testam. fac. poss. Cujac. in v. C. eod. § tit. C. de his, qui accusare non poss. ubi de ista iudicandi ratione accurate & notabiliter docet. Bachov. ad pr. l. quib. non est perm. fac. testam.* Post illam ad solennitates necessarias atque regulas juris Civilis progrediendum est. *d. l. 4.* Hæc enim requisitorum conjunctio si desit, jam testamentum nullum erit, privatumque omni deferendæ successione effectum. In se itaque si testamentum consideres, perfectum iudicium tuum erit, si ad hæc duo attenderis i. e. ad subjecti habilitatem & ad formam. Si vero in universum cum simplici essentia etiam effectum respicias, poteris ad perfectionem testamenti insuper addere Confirmationem, quæ cõtingit per mortem testatoris. *§. 4. pr. l. ibi, mortis vero testatoris, ut effectum habeat l. de hered. qual. § diff. Pac. in anal. C. de testam. §. 20. n. 1.* Sed hæc extrinsecus advenit, nec ad substantiam testamenti videtur pertinere: imo præsupponimus testamenti validitatem examinaturi, mortem testamenti confirmatoriam intercessisse.

2. Equidem utraq; iudicii Testamentarii partes iusto sermone prosequi, nec meum institutum est, nec si esset, angustia paginæ caperet. Prima mihi nunc potiorque cura erit de prima circa Legitimum Testatorem parte, quam quotidiana exempla, ac frequens conversatio toties commendat. Alteram vero partem de Legitima Forma, testandique solennitatibus implicite breviterq; tractabo sub examine Testamentorum, quæ implicite à forma sua vulgo appellantur.

A 2

3. Sic

*Examen
Testamen-
tarium ab-
solvitur
duabus
partibus.*

*De prima
plenus hic
agitur: de
altera im-
plicite sal-
tem ac bre-
viter.*

De illa Re-
gula gene-
ralis propo-
sita,

Et species
subjecta.

Legitimus
testator ra-
tione aia-
rii,
qualis non
est impu-
ber.

Ratione in-
tellectus

qualis non
est furiosus,

3. Sic itaque in genere dico, eos posse testari, ut & Codicillos facere l. 6. §. 3. l. 8. §. 2. de jur. Codicill. qui velle possunt & Naturaliter & Civiliter: negata enim causa, negari etiam effectum notissimum verissimumque est. Scilicet non sufficit Naturaliter concessa voluntas, sed & requiritur, ut ea legibus comprobata sit & publica autoritate munita. Quidam enim nec velle, nec Testari, quidam Velle, non tamen Testari possunt. Hinc accurata est distinctio C. I. A. tit. qui testam. fac. poss. §. 6. alios prohiberi à testamenti factione Natura, alios Legibus. De singulis in hunc modum breviter simpliciterq; disputabo, ut quicquid singulare cuique personarum generi insit, apertius indicetur: Cogitanti enim mihi de bonis fideicommissis, aliisque insignioribus articulis, videbatur hæc methodus omnino profutura.

4. Inter primos, quibus ipsa Natura voluntatem, iudiciumque animi negavit, sunt impuberes, quorum ætas secundum diversos hominum sexus definitur: quippe Masculi usque ad 14. ann. scemina usq; ad 12. annos impuberes sunt. l. 5. qui testam. fac. poss. l. 4. C. eod. v. Sichard. ad rubric. Cod. d. t. n. 4. At vero dices, pupillorum infirma iudicia Tutorum prudentia regi. l. 13. ff. de author. tutor. Resp. distinguendum esse inter contractus & ultimam voluntatem: illos celebrare possunt impuberes autoritate tutoris, non item hanc, partim ne insidiis tutorum vita, pariter & bona subiciantur, partim ne ex alieno arbitrio testamentum pendeat. contr. l. 32. pr. de hered. instituend. Est enim voluntatis nostræ, non alienæ sententia l. 1. ff. qui testam. fac. poss. fac. l. 1. §. 1. de tutel. Et ration. distrah. C. A. d. tit. §. 6. Sichard. ad rubr. C. eod. n. 6. Diversa ratio est in Parentibus, qui impuberibus in potestate sua constitutis & post mortem parentum futuris pupillis testamenta facere possunt per substitutionem pupillarem, etiam in portione legitima. l. 26. C. de inoff. testam. l. 8. §. 7. ff. eod. v. Pac. in anal. C. d. r. §. 13. Et C. A. eod. §. 55. dummodo & sibi simul faciant testamenta. §. 6. l. de pupill. substitut. idque moribus receptum est l. 2. ff. de vulgar. Et pupill. substit. Cujac. ad l. 5. qui testam. fac. poss. & receptum est ipso jure patriæ potestatis Pac. in anal. C. de impuber. Et aliis substit. §. 35. quod itidem moribus dicitur receptum. l. 8. de his, qui sui vel alien. jur. quasi vox patris, vox filii sit, §. 4. l. de inutil. stipul. Osterman, in Ration. ad pr. l. de pupill. subst. Preterea dices, impuberes ab ipsis legibus distingui in infantes & pubertati proximos, & hos in doli capaces & simpliciores §. 18. l. de obligat. qua ex delict. l. 111. de R. I. §. 9. l. de inutil. stipul. Bachov. ad Tr. Sol. 2. d. 10. §. 3. lit. A. Verum Resp. illa adhuc imperfecta capacitas est, in testamentis autem firma prudentia requiritur, & mens stabilis l. ult. C. de testam. milit. quæ completis demum annis inesse creditur d. l. 5. ibi, Completum. ff. qui testam. fac. poss. Schneid. ad §. 1. l. quib. non est perm. Loco cautelæ tamen tradit Ioh. Dilect. Durant. de arte testand. t. 1. caut. 5. Et t. 5. caut. 8. impuberes doli capaces à singulari Principis indulgentia impetrare posse condendi testamenti facultatem. add. Dauth. de testam. pag. 129. n. 143. Jason. in l. rescripta. 7. n. 10. C. de prec. imper. offer.

5. Post Impuberes proximi sequuntur Furiosi: quia hi propter morbi gravitatem mente carent & intellectu §. 1. Inst. quib. non est perm. l. 2. de inoff. test. add. Glos. ad l. 8. in fin. ibi, Voluntatis reliquia in furiosis manent. ff. de his qui sui vel alien. jur. Cæterum intelligendum hoc est de Actu furiosis l. 9. C. qui test. fac. poss. Nam & furiosi appellantur in d. §. 1. quorum furor per intervalla temporum intermittitur, qui tamen jure possunt testari dict. §. 1. & valebit hoc tale testamentum intermissionis tempore perfectum consummatumq; d. l. 9. et si.

nisi furor deinde rursus superveniat, & ad mortem usque miserimi hominis ani-
 mum occupet. *d. g. i. fac. l. 85. §. 1. de R. I.* Equidem (hoc enim dubium impri-
 mis removendum est) utroq; tempore, & cum facit testamentum, & cum mori-
 tur testator, jus testamenti faciendi spectatur. *l. 1. §. 8. de bon. poss. sec. tab.* distin-
 guendum tamen est, ut opinor, inter ea, quæ animum testatoris & adversam va-
 letudinem respiciunt, & inter ea, quæ statum ejus concernunt: *arg. d. l. 1. §. 9. ibi.*
Et hoc generaliter de omnibus hujusmodi. Et dictum autem erat de furore &
 prodigalitate. *§. 1. 2. 3. l. quib. non est permiss. §. 6. l. quib. mod. testam. infirm.*
 Excipitur casus captivitatis *§. ult. l. quib. non est permiss. ubi omn.* Bachov. *add.*
Dauth. de testam. pag. 121. n. 128. ¶ Non absimiles ferè sunt furiosis *Nec mente*
 capti, sub quibus tanquam sub generali nomine puto furiosos comprehendi, cum *captus.*
 sint gradus mente captorum hominum: *fac. §. 1. l. de pupill. subst. Pac. in anal.*
C. de impuber. Et aliis subst. §. 35. n. 4. Specificè autem loquendo distincti
 sunt *§. 4. Inst. de Curator.* quia furiosus stimulis furoris agitur *Wesemb. ad d.*
parag. 4. Mente vero captus sine furore desipit, ac fatuus est *l. 2. de postul. ubi*
Glossa fatuum pro mente capto accipit. Intellego autem fatuos, nullo prorsus
 rationis usu præditos: si enim sensum intellectumque aliquem, sed simplicio-
 rem, obtusior, hebetiorque habeant, poteris cum Bocero *class. 3. disp. 1. d.*
19. & C. A. qui testam. fac. poss. d. 6. n. 3. eos quoque fatuos h. e. non valde sa-
 pientes appellare, cum & ipsæ Leges gradus humanæ sapientiæ faciant. *l. 4. §. 3. ibi,*
si ita fatuum. ff. de adilit. edict. atque his testamenti faciendi jus concedere.
Mantic. de conject. ultimar. volunt. lib. 2. tit. 5. n. 14. ubi eos Grosolanos vocat.
Ampliss. & Consultiss. Dn. D. Rebhan, Patronus ac Præceptor meus plurimum
Venerandus Usagog. Justinian. disput. 7. 2. quib. non est permiss. fac. testam. d. 8.
Dauth. de testament. p. 178. n. 220.

6. Cæterum de hisce fatuis disputatio ulteriori notatione dignissima est,
 & ob quotidianam praxin utilissima, cum simplicitate istorum hominum ac sto-
 lilitate sæpius abutantur alii, maximis subinde curis hereditates alienas captan-
 tes. Ponamus esse aliquem sui quidem juris ac legitimæ ætatis, bona propria
 possidentem, sed natura ingenioque tam imbecilli instructum, ut ad quævis le-
 vissimis quoque causis permoveri possit: jam erunt, quos lucri cupiditas invita-
 bit, ac sollicitandi ex testamento successionem desiderium, altoquiis, consortio, ac
 intima familiaritate conciliabunt sibi istum hominem, beneficia exhibebunt
 exigua quidem ac modica, sed quæ tamen magna specie oculos mentemque hu-
 jus fallere possunt, laudabunt subinde suum erga hunc affectum & amorem, cui
 similem nullus è cognatis vel præstitit hucusque, vel præstiturus est: inde san-
 guinis jura severâ oratione Extraneorum officiis ac muneribus postponent, iram
 ac odium erga Consanguineos excitabunt in animo hujus creduli, in domum
 tandem propriam recipient, tanquam ab aliis derelictum, non ut defenderent, aut
 si forte tutores sint, tuerentur, sed ut conversari tutius ac rem pro libitu possent
 disponere. Hic ergo subinde monebunt, animo ac corpore fortè laborantem, ut
 curaret testamentum confici, in quo heredes institueret, à quibus tanta hucusq;
 beneficia percepit: ipsi quoque Notarium ad se vocabunt, & cum eo de expedi-
 endo negotio, formandisque tabulis sermonem instituent: Tandem coram septem
 testibus convocatis testatorem hunc miserum collocabunt, jubebuntque eum ad
 singula nude affirmando respondere, quæcunque Notarius è confecto testamen-
 to de legitima, de heredis institutione, de fideicommissis, de Trebellianica, ignotis
 prorsus nominibus, interrogaverit. Instituto sic negotio, de vita non amplius so-
 liciti

*Descriptio
 stolidi ali-
 cujus homi-
 nis ad te-
 standum
 fraudulen-
 ter persua-
 si.*



liciti erunt hujus testatoris, post cuius mortem certissimo jam lucro bona obventura sunt. Nec fingenda hæc talia sunt; ita miserimi hominum, miseratione potius digni, per avaritiam aliorum decepti sunt, & adhuc, seculo nequaquam emendato, decipiuntur.

Ejus testamentum improbatum triplici fundamento.

7. Quis enim crediturus est, ejusmodi testamentum jure valere? Scilicet quod factum esse dicitur ab homine tam stolido, puerilem ætatem, sed non ingenium superante, apud quem pomo dato vel ostenso, plus effeceris, quam apud vere sapientem auro; insuper quod dolosis sollicitationibus & captionibus extortum est, & quod deniq; non per se compositum, sed ad alterius interrogationem. Videamus, quantum instituti nostri ratio permittet, super triplici hoc improbandi testamentum fundamento, rationes *dubitandi* & *decidendi*: illas proferent, qui pro testamento, in quo instituti sunt, pugnabunt, has successor ab intestato majori cum applausu allegabit contra testamentum.

1. Ob facultatem testandi denegatam.

Rationes dubitandi.

8. Sic itaque ex tali testamento successionem sperantes sese defendent, allegantes (1.) Præsumptionem juris, quâ quivis sanus, mentisque compos præsumitur. *l. 5. ubi Dd. C. de Codicill. l. ult. ubi Salyc. n. 2. C. de hered. instit. Dd. magno numero allegati à Mantica de conjectur. ultim. Volunt. lib. 2. t. 5. n. 2. C. 17. Conf. Argent. Vol. 1. conf. 77. n. 7.* (2.) Præsumptionem ex ipso testamento, quod prudenter dispositum est: Nam ex qualitate dispositionis præsumi quem vel sanæ mentis vel dementem tradunt Afflict. *decis. 143. n. 5. Angel. in l. furiosum. 9. C. qui testam. fac. poss. ubi C. lason. n. 3.* (3.) Attestationem ipsius Notarii, cujus dictum multum facere statuunt Corn. *Vol. 3. Conf. 226. n. 14. C. Vol. 4. conf. 91. n. 34. Conf. Arg. Vol. 1. conf. 61. n. 7.* (4.) Aliorum quoque testium attestationem: jam vero duos tantum testes sanam mentem probantes plus valere dicent, quam mille alios de insania deponentes. *Boer. decis. 100. num. 3. Menoch. lib. 6. de præsumpt. cap. 45. n. 21.*

Rationes decidendi cū respons. ad rat. dubitandi.

9. Verum hisce objectionibus legitimus successor respondebit (1.) Præsumptionem illam sanæ mentis juris tantum esse, sed non juris & de jure, de qua divisione v. Andr. Vallens. *in w. r. extr. de præsumpt. §. 2. in fin. C. omn. VVes. in w. ff. de probat. n. 14.* Hinc admittere eam in contrarium probationes *VVesen. d. loc. quæ per testium assertiones abunde judici declarari possunt. add. Conf. Arg. Vol. 1. conf. 61. n. 61.* (2.) Ex ipso testamento petitam præsumptionem tum demum obtinere, quando testamentum sine alterius interrogatione factum est: imo si dubitetur, testator sanæ mentis fuerit, necne, tunc testamentum ad alterius interrogationem factum non valere, ut tradunt Menoch. *Vol. 1. Conf. 45. n. 40. C. ex eo Mantica de Conject. ultimar. Volunt. lib. 2. t. 5. n. 8. in fin.* Ratio cuique obvia erit. (3.) Notarii attestationem in illis demum rebus attendi, ad quas specialiter requisitus fuit. *arg. l. semel. 6. C. de re militar. 12. 36. Mascard. conclus. 502. de probat. n. 13 lib. 1.* Jam vero ex solenni potius stili consuetudine ejusmodi clausulas tabulis ultimarum voluntatum adponi à Notariis, ne in præjudicium eorum ac opprobrium verteretur, si super infani alicujus testamento erexissent instrumentum. *Durant. de art. testand. tit. 1. caut. 6. Sichard. ad l. 3. C. qui testam. fac. poss. n. 3. Matth. Berlich. part. 3. conclus. 6. n. 11. Sams. Herzog. im Unterricht von Testamenten. 2. 1. 9. 10.* Verba maxime notanda adponam *Authoris Consilii in Vol. 1. Conf. Arg. 61. n. 63. Dieses ist der Notarien gebrach/ daß sie dergleichen gewöhnliche clausulen/ darüber sie doch nicht requirirt werden/ auß eigenem Hirn dazzu setzen zc.* (4.) Vicinos ceterosque qui à prima ætate vitam moresque testatoris cognoverunt, majorem fidem mereri,

rerī, etiam sanam mentem negantes, quā Extraneos: Hinc limitandum esse, quod de efficacia probationis integræ mentis dictum fuit, ut non valeat, si testimonia propinquorum ac domesticorum contraria sint: His enim magis credendum esse volunt Alex. *Vol. 6. conf. 20. n. 14. & præterea.* & Gabriel. *lib. 1. de testam. conclus. 4. n. 20.* Hucusq; de facultate testandi ineptissimo huic homini, quem supra descripsimus, denegata disputatum est.

10. Vnde facile quoque credendum, non propria voluntate testamentum conditum esse, sed ex instituto aliorum, hereditatem stupidi illius hominis captantium: Quale testamentum nec in sano homine ac intelligente subsisteret, non tam enim testator, quā alius voluntatem suam efferret *contra l. 29. C. de testam. l. 32. de hered. instituend.* Multo minus in stolido, fatuo, demente, de quo loquimur. Equidem rursus in præsumptionibus liberæ voluntatis fundamenta sua quærent, quicumque pro testamento pugnabunt, dicentq; neminem præsumi dolo metuque inductum, ut testamentum faceret. *l. 18. §. 1. de probat. l. 13. C. de transact. Bald. conf. 350. n. 1. Vol. 3.* Præterea Notarii quoque attestationem iterum opponent, & personæ publicæ assensum, quod sine ulla coactione voluntatem suam expresserit testator, *ungezwungen vnd ungetrungen*, sicut communis formula habet. Insuper permissum esse, blandis verbis ac persuasionibus inducere testatorem *l. ult. ff. & Cod. (ubi Dd.) si quis aliquem testar. prohib.* atque sic utilitatem propriam procurare, & sectari lucrum, etiam cum præjudicio alterius *C. I. A. d. r. 8. 7. in fin. Matth. Berlich. part. 3. Conclus. 7. nu. 38. & seqq. Carpzov. p. 3. Const. 5. def. 7.*

11. Verum ad rationem de Notariis *in §. 9.* jam responsum est. Cæterum ad præsumptionem liberæ voluntatis reponet contra testamentum litem movens; defensionem illam nihil aliud conferre, quā relevationem à probandi onere *l. 25. ff. de probat.* Probationem autem contrariam demonstrari facile posse, non quidem exactam ac plenam, cum sufficiat præsumptionibus coactionem doceri. *Carpz. p. 3. Const. 5. def. 11. n. 4. (1.)* Si consideretur ipsa ad testandum præparatio, quippe dolus præsumitur intervenisse, si is, qui voluit heres institui, Notarium primus adiit, testesque, ut adessent, rogavit, antequam sciret, an testator testari velit. *Mench. 4. præsumpt. 12. n. 3. C. A. 29. 6. 5. n. 4. (2.)* Si inspiciatur conceptio testamenti, non tantum erudite facta, ut credi non possit, authorem proprium quem fuisse, sed & cum exclusione proximi cognati conjuncta, à quo nullam injuriam perpeffus est testator: dolosa autem persuasio arguitur ex præteritione Cognatorum, qui testatorem nunquam offenderunt, ut tradunt *Bald. lib. 4. conf. 52. Dec. conf. 245. n. 6. & conf. 72. n. 22.* Vnde etiam non negabit legitimus successor, blanditias permissas esse, si modo illæ non degenerent in dolosas, assiduas, & importunas sollicitationes *d. l. ult. ibi, qui non per vim, nec dolum. ff. si quis aliq. testar. prohib. & coeger. & C. A. d. loc. & conf. Arg. d. conf. 61. n. 66.* sicut ex personæ ac facti qualitate degenerasse facile deprehenduntur. *Carpzov. p. 3. Const. 5. def. 8.* Atque ita ostensum est, præter facultatem testandi, defuisse etiam Voluntatem.

12. Extra Personæ complexum occurrit etiam in Forma testandi vitium, cum ad interrogationem Notarii (nec enim res aliter disponi cum homine isto, quem supra descripsimus, poterat) factum compositumque illud sit. Equidem scias, non simpliciter genus hoc testamenti à nobis improbari, *fac. l. 8. & ar cum humana fragilitas C. qui testam. fac. poss.* nec restringenda quoad hoc est ista lex ad Cæcos. Etenim quæ ibi de Cæcis constituta sunt, sic æstimari debent, ut necessaria

2.
Ob voluntatem deficientem,

Rationes dubitandi

decidendi

3.
Ob formam testandi ad interrogationem aliterius hauriendaria idonea m.



laria sint in persona Caecorum, arbitraria autem in cæteris h.e. non cæcis. Consen-
tit Glossa in d. l. 8. *Ser. sic namque fieri confidimus. ibi, Nam alii possunt prædi-
cto modo testari, sed non habent necesse: Et in l. 29. §. quemadmodum C. de te-
stament. add. l. 39. §. 1. de leg. 3. Sichard. ad d. l. 8. §. at cum humana. n. 1. Cápšov.
p. 3. Const. 3. def. 35. pr. Bocer. class. 3. disp. 2. §. 33. testamentum enim quolibet lo-
quendi genere formatum valet, si modo liqueat voluntatis intentio l. 15. C. de te-
stam. & omnino juxta d. l. 8. requiritur, ut testaturus primùm Notario volunta-
tem suam exponat, deinde interrogatus, an ita vellet disponere, coram convoca-
tis testibus clare respondeat; alioquin non ex deliberata voluntate testamenta*

*Non idonea
soco òn sim-
pliciter, sed
respectu de-
scripsi ca-
sus.*

13. Sane tria concurrant necesse est, ad legitimationem testamenti ita
compositi (1.) ut testator articulate loqui possit, cum interrogatur. (2.) ut in
eo adsit animus testandi, ex eo collectus, quòd Notarius ultrò sit à testatore &
specialiter ad hoc vocatus. Sichard. ad d. l. n. 2. (3.) ut nulla suboriatu præsum-
ptio, testatorem in gratiam vel ad importunam instantiam alicujus testari. Vvel.
ad §. ult. l. de testam. ord. n. 3. ubi Et Harpr. n. 6. Durant. de arte testandi r. 4.
caut. 2. ubi diligentibus circa hanc rem cautelis Notarios instruit, Et omn. Jul.
Clar. lib. 3. B. S. §. testamentum. q. 37. n. 5. Et seqq. Alterutro enim deficiente,
jam certò constare non potest, scripturam testatori prælectam esse ex ipsius man-
dato, jussu, ac dispositione: quo casu propter sinceritatem testamentorum omni-
nò statuendum est, testamentum ad interrogationem alterius factum nequa-
quam valere. Afflict. decis. 147. n. 3. Roman. conf. 386. n. 7. C. A. de hered. inst. §. 16.
in fin. C. A. vol. 1. conf. 61. n. 68. Matth. Berlich. p. 3. conclus. 6. n. 29. remissive hanc
rem pertractans. Sicut è contra verissimum est, ejusmodi testandi formam sub
prædictis conditionib. ac cautelis juri Civili maxime cõformem esse, ut adeo hæc
sententia indistincte non referenda sit cum C. A. lib. 28. r. 1. §. 22. in numerum il-
larum, quæ Doctorum traditione magis, quam juris Civili autoritate nituntur,
ob rationes supr. adductas. Poterit etiam confirmandi causam adferre. ¶ Aber
die Form 2c. in Constitutione Imperii Anno 1512. Colonix tit. von Testa-
menten/ si is eo sensu accipiatur, de quo Bachovius ad Treutl. vol. 2. d. 10. §. 5. lit.
f. in fin. cogitasse videtur, scilicet ut verba illa ad Notarium proponentem refe-
rantur, qui ex charta voluntatem testatoris præsentis testibus prælegat & exponat,
quod etiam consuetudo observat. Equidem hoc ego nunc in medio relinquo:
interim tamen arbitror, lectionem etiam active conceptam (ita forte benenne
vnd außstrucke) sententiæ modo propositæ non obstare. Probat vero istam
lectionem, ut veriore, multis argumentis, Clarissimus hujus universitatis Ante-
cessor, Dn. D. Bitschius p. m. in prælect. MSC. circa quæst. 2. decad. 30. illustr.
jur. quæst.

*Dubia pro-
posita Et
remota.*

14. Dices, Nomina heredum palàm nuncupanda esse ab ipso testatore
l. 21. pr. qui testam. fac. poss. l. 29. §. quemadmodum C. de test. Disting. (1.) inter
ipsa nomina heredum & signa ac demonstrationes, quæ ipsorum vicem obtinent
fac. l. 6. ff. de R. Cr. illa non tam stricte necessaria sunt, ut non & signa indubita-
bilia l. 9. §. 8. de hered. instit. l. 58. eod. sufficiant. Fachin. 10. Controv. 17. in fin.
hoc tantum attenditur, ut testes convocati sciant, quinam heredes instituti sint.
l. 21. pr. C. de testam. Fichard. conf. German. 77. n. 4. Atqui tabulis testamenti
coram

coram testatore ac testibus palam prælectis, si statim testator præsens interrogetur, an hæc omnia velit pro voluntate ultima custodiri, & clare respondeat, *Volo, sic, ita, &c.* annon satis superque constabit testibus, quos institutione ac legatis honoraverit testator, *arg. l. 1. §. 2. de V. O.* neque enim necesse est, in respondendo eadem omnia reperi, quæ stipulator seu interrogator expressit. *§. 5. in fin. l. de inutil. stipulat.* Ampliss. & Consultiss. Da. D. Tabor, Patronus ac Promotor meus æterno venerationis cultu prosequendus *in disp. ad Wesenb. w. lib. 28. r. 1. quest. 4.* ubi simul invenies accuratam, nostroque argumento valde accommodatam explicationem difficillimi *cap. 13. extr. de testament. junct. Fachin. §. Con-*

c. 13. extr. de testament.

trov. §. 7. (2.) dici potest, ipsum quoque Testatorem nuncupare heredem, quando ejus jussu & mandato alius coram testibus eundem nuncupat *arg. cap. 72. de R. I. in 6. l. 152. §. 1. l. 169. princ. ff. de R. I. & omnino multa quoque loca impersonaliter concepta esse, veluti, præcipue in propriis hujus rei sedibus, in § ult. l. de testam. ord. l. 21. §. 2. C. de testam. l. 21. pr. ff. qui testam. fac. poss. l. 26. C. de test. adeo, ut quæ de testatoris persona loquuntur loca, ea sic accipi debeant, ut non præcise necessarium sit, ore proprio cuncta ab ipso testatore nuncupari, sed possit etiam ministerium alterius adhiberi in manifestanda ultima voluntate.*

15. Rursum regeres, nunquam fuisse auditum, heredem nuncupari Nutu posse, vel quo alio gestu. *Schneid. ad §. item surdus. l. quib. non est permiss. Berlich. p. 3. Conclus. 6. num. 21. & seqq.* quamvis illud sit receptum in fideicommissio (sc. extra testamentum *l. 18. de leg. 3.*) ut Nutu relictum valeat *l. 22. ubi Gothofr. C. de fideicommiss. l. 21. pr. de leg. 3. Gothofr. ad l. 52. in fin. ff. de O. & A. C. A. ad Sc. Trebell. d. 5. & in assignatione liberti l. 1. §. 3. de assign. libert. quæ neque legatum, neque fideicommissum est l. 7. eod. Resp. Claram responsionem, non solum Nutum requiri, per d. l. 8. C. qui testam. fac. poss. & d. l. 39. §. 1. de leg. 3. cum fallax signum sit, & interdum, qui annuat, adverteretur *Gothofr. ad d. l. 32. in fin. de O. & A.* nec sufficere tale signum, quod taciti homines dant vel manu, vel capite, vel oculis, sed quod ore loquentis datur demonstratione, quæ nominis vice fungatur. *d. l. 9. §. 8. de hered. instit. Cujac. Consult. 36.* atque sic demum responsionem ad interrogata admitti in vim testamenti, si jam antè voluntatem suam manifestò declaravit testator. Confer requisita, quæ supra adduximus ex *Wesenb. ad Inst. quem in w. ff. qui testam. fac. poss. n. 8. pr.* docentem sano sensu nec contrario intellige. Hucusque ita placuit, in universum adnotare, quid circa ejusmodi testamenta, exemplis ubiq; obvia, statuendum sit.*

ARTICULUS II.

Cœptam de legitimo testatore methodum porrigit ad Surdos & Mutos, & Cæcos: de illis brevissima proponit, de his Analysin *l. 8. C. qui testam. fac. poss.* pleraque Testamentorum solennia continentem exhibet.

1. Interdum non tam ipsam voluntatem h. e. volendi actum, ut Impuberibus & furiosis, cæterisque mente carentibus, quam organa voluntatem declarandi, ut Surdis & mutis, Natura denegat: Illi enim velle quidem ratione præditi, nesciunt tamen signa conceptæ voluntatis per scripturam aut vocem

Legitimus testator ratione auditus & loquens

B



qualis non
est Surdus
& Mutus.

exprimere. Distinctio circa hasce personas observanda est ex l. 10. C. qui test. fac. poss. cuius summam hanc dicit esse Pac. in anal. C. eod. §. 7. in fin. sc. opus esse ad testandi facultatem, ut vel loqui vel scribere quis possit. fac. Const. Maximil. I. Colon. de Ann. 1512. tit. von Testamenten §. Weiter so ist auch 2c. ibi, die Notarien sollen sich hüten vor allen denen/ so weder verständlich reden/ noch schreiben können/ dann sie kein Testament machen mögen. Ceterum sicut supra dictum est in Impuberibus, remedium substitutionis pupillaris locum habere, ita furiosis ac mente captis quasi pupillari substitutione prospectum est in casum sanitate non reparata l. 9. C. de impuber. & alius subst. §. 1. l. de pupillar. subst. An etiam Surdis & Mutis? Resp. Specialem Principis permissionem in his personis requiri l. 43. de vulg. & pupill. subst. nec huc producendam esse d. l. 9. sententiam, eò, quòd jus singulare, quale omninò est, ut parentes liberis testamenta faciant arg. l. 120. de V. S. ad consequentias, & quidem ad personas minus miserabiles non sit extendendum l. 14. de legib. consentit Pac. in anal. C. de impuber. & alius subst. §. 35. n. 4. in fin. Treutl. Vol. 2. d. 11. §. 10. lit. c. Cujac. in w. C. d. r. Locam. quest. iustm. 232. Ampliss. & Consultiss. Dn. D. Biccius, Patronus & Cognatus meus summo honore venerandus sect. 3. Aureor. §. 90. in fin. Dissentiunt Bachovio ad Treutl. d. loc. responderi potest, rationem illam, quæ se fundat in impotentia testandi, restrictam esse ad Mente captos & furiosos h. e. intellectus animique, non corporis morbo laborantes, nec eam solam rationem, sed & beneficium personæ miserabili, cui sit substitutio, debitum considerari. Vasq. lib. 1. illustr. controvers. c. 37. n. 8.

Ratione
Visus

qui in Cæco
desidera-
tur.

Analys. l.
2. C. qui te-
stam. fac.
poss.

2. Referendi ad hunc locum sunt Cæci: Nam licet illi organa iusta habeant audiendi loquendique, ne tamen falsitas aliqua in testamento possit committi, quæ maxime in testamentorum confectioe repellenda est l. 29. C. de testam. ideo si non quidem simpliciter à Testationibus excluduntur, sed tantum secundum quid, quatenus observationem à Lege iis præscriptam negligunt: Bre- viter dico, voluntatem quidem exprimere Cæci possunt, non tamen tutò & sine falsi discrimine, nisi secundum legem Consultissimam §. C. qui test. fac. poss. te- stentur. fac. §. 4. In quib. non permitt. Treutl. Vol. 2. d. 10. §. 3. in fin. C. A. qui testam. fac. poss. §. 5. n. 5. Vasq. lib. 3. illustr. contro. c. 103. n. 12.

3. Simplicissime autem sic poterit d. l. 8. quam maxime commendat Bartolus teste Schneid. ad d. §. 4. & Sichard. ad d. l. pr. Analysis institui, ut primò de Subjecto, postmodum de Prædicato dicatur. Subjectum describitur & in se & in suis qualitatibus: Namque agit h. l. Imperator de Cæcis seu carentibus oculis: Vnde Monoculi, Scheid. ad h. l. lippientes aut Cæcutientes, Sichard. ad h. l. huc non pertinent: & agit de illis sine discrimine, utrum sint morbo, vitioque tales, seu ita nati. Prædicatum concernit formam testandi specialiter Cæcis præscri- ptam, & confecti testamenti custodiam. illa declaratur ab Imperatore, tum ut ordinanda, tum ratione finis, ob quem sic ordinanda sit. Ordinationis proponi- tur & Extensio, ad Codicillos sc. §. qua in eundem modum & c. & Temperamen- tum, ita vocatur à Sichard. ad h. l. seu Remissio §. at cum & c. Causa autem & finis tam sollicitæ ordinationis subiungitur in fin. §. sic fieri namque confidimus. Vbi imprimis notandum, particulam non tantum non referendam esse cum Glosa ad h. l. ad verba in Cæcis, sed ad verb. recipiat, huncque sensum manife- stò habere d. verb. Cæcis licentiam testandi non tantum permissam esse per hanc Constitut. sed & simul eam communitam cautelis adversus insidias, fraudesq; ho- minum. addat. Viglius in §. sed cum parlatim. n. 11. l. de testam. ordin.

4. Cate-

4. Cæterum ipsa ordinatio specialia nonnulla continet, & à communi testandi ratione abhorrentia. Recensebo ea, partim omiſſa ab aliis, C. A. d. r. d. 13. partim confuſe tradita. C. A. d. r. d. 6. n. 5. eo ordine, què ipsa lex obſervat: ac primò quoad ipſum Teſtatorẽ, deinde quoad Tabularium ac Teſtes. ¶ Etenim (1.) per Nuncupationẽ, excluſo altero teſtamenti in Scriptis genere, cogitur cæcus moderamina ſuæ voluntatis condere. *pr. h. l. cùm aliàs liberum ſit Videntibus, vel in ſcriptis vel ſine ſcriptura teſtari. §. ult. ibi, Voluerit. I. de teſtam. ordin. l. 21. pr. ff. qui teſt. fac. poſſ. C. paſſ.* Rationem cuius obviã exponit Sichard. *ad h. l. pr. n. 2.* Durant. *de art. teſtand. tit. 1. caut. 8.* (2.) Præter ſeptem teſtes tabularius ſeu Notarius C. A. d. loc. vocandus eſt: quod omninò ſpeciale hîc eſt, cum regulariter Notarius in numerum teſtium computetur, *d. Conſtit. de Ann. 1512. tit. von Teſtamenten §. Und ſollen 2c. ibi, auſſs wenigſt ſieben Zeugen nötig ſind/zu denen der Notarius auch geſehlt wird. C. A. qui teſtam. fac. poſſ. §. ult. Ampliſſ. Dn. D. Tabor in diſp. de ſeptenar. teſtium numer. §. ult. Carpzov. p. 3. Iuriſſ. for. Conſt. 3. def. 34. n. 3.* (3.) Cunctis teſtibus ac Notario collectis & ad ſe convocatis (quod & in aliis teſtamenti neceſſarium eſt *l. 9. 12. C. de teſtament.*) illud præterea tanquam ſingulare *Gl. ff. h. requiritur*, ut palàm profiteatur teſtaturus, ſe velle ſine ſcriptis teſtari. Singulare hoc dixi; Namq; in reliquis Videntium teſtamenti id ſublato eſt per *l. 26. C. de teſtament.* Dauth. *de teſtam. p. 191. n. 232.* nec ea generalis conſtitutio derogat huic ſpeciali, cuius nullam mentionem facit, *confer l. 41. ff. de pæn. l. 80. de R. l. & omninò conſulit Sichard. ad h. l.* ut ea ſolemnitas non intermittatur ob evitandas diſputationes, quamvis ipſe credat, non corrumpere teſtamentum, ſi illa, utpote levis, omittatur, *arg. l. 1. §. 15 ff. de inſpic. & entr. Dauth. d. loc. Schneid. ad d. §. 4.* Ulterius (4.) hoc ordine procedat, ut primò heredũ inſtitutiones recenſeat, poſtea legata, fideicommiſſa, atque reliqua diſpoſitionis ſuæ capita adjiciat, per verba, *quibus omnibus ex ordine peroratis. C. c.* Nam quoad hoc ſpecialitas quoque occurrit, cum regulariter in teſtamenti ratio ordinis Scripturæ non habeatur *§. 34. l. de legat. Pac. in anal. C. qui teſtam. fac. poſſ. §. 7. n. 3.* Ioh. Dil. Durant. *de art. teſtand. r. 1. caut. 8. n. 2.* Schneid. *ad d. §. 4. qui ſuadet, eorũ contentioſarum cauſarũ huius etiam ſolemnitatis obſervantiam.* Sichard. *ad h. l. pr. n. 9.* Dauth. *de teſtam. pag. 192. in fin.* Non itidem ſpecialitas quaerenda eſt in demonſtratione illa heredis ac legatariorum, rerumque ac quantitatum relictarum, cum ea in quovis teſtamento neceſſaria ſit *l. 62. §. 1. ff. de hered. inſtituend. & incertitudo ſemper actum vitiet *ſic. l. 30. de teſtam. tutel.* Hæc ad perſonam Teſtatoris oculis carentis pertinent.*

5. Nunc reſpectu Tabularii, Teſtiumque inſuper requiritur (1.) Scriptura uno eodemque loco ac tempore ſub obtutu ſeptem Teſtium, manu Tabularii, conficienda, *d. l. §. quib. omnibus.* Vbi ruruſus ſpecialitas triplex habetur (1.) quòd ſcriptura in hoc Nuncupativo teſtamento neceſſaria ſit. *ſic. l. 21. §. 2. C. de teſtam. §. ult. l. de teſtam. ord. Pac. in anal. C. d. r. §. 18.* (2.) quòd ea ſub obtutu teſtium debeat perfici *§. d. l. 21. pr. in fin. C. de teſtam.* (3.) quòd Tabularius & non alius, poſſit hanc ſcripturam perficere. *d. l. 21. pr. ibi, ſel ipſius teſtatoris, ſel cujuſlibet alterius manu. C. de teſtament.* Ad hanc ſcripturam accedat quoque neceſſe eſt II. Subſcriptio & III. Conſignatio Teſtium & Tabularii: *d. §. ibi ſubſcriptis, de hinc conſignatis*: Nec enim in Regulari teſtamento Nuncupativo, etiamſi in ſcripturam redigatur, vel ſubſcriptio, vel ſigillorum appoſitio requiritur *Carpzov. p. 3. C. 3. d. 34. Dauth. d. loc. p. 192.* ¶ Mixtum

Specialis
teſtamenti
à Cæro fa-
ciendi
Quoad ipſum
Teſtato-
rem.

Quoad Ta-
bularium
& Teſtes.

ergo poteris appellare hoc genus testamenti, quod in se Nuncupativum est, ein *Mündlich oder außgesprochen Testament*. Sichard. ad h. l. C. A. qui test. fac. poss. §. 23. fac. d. l. 8. pr. ibi, per Nuncupationem, & ibi, ut sine scriptis testentur. manetque tale incorruptâ naturâ, cum etsi adsumpserit solennia testamenti in scriptis, non tamen plenè adsumpsit omnia: nec enim subscriptio ipsius Testatoris §. 3. Inst. de testam. ordin. aut ejus nomine ab alio facta l. 21. princ. & quod si C. de testam. ad formale hujus testamenti relata est. Sichard. ad h. l. princ. nu. 7. C. A. d. r. §. 19. Nec obstat d. Const. de An. 1512. tit. von Testamenten / pr. ibi, Man mag auch noch von einem dritten Geschlecht darzu thun / als daß gemacht wird / von einem / der blind ist &c. Separatur enim hic Cæci testamentum ab utroque genere, non simpliciter, aut respectu novæ separataeque formæ, sed saltem ratione mixturæ: quasi dicat Imperator, Testamentum aliud simplex est, ut duo illa genera, aliud Mixtum, ut tertium genus, Testamentum sc. Cæci: Interim tamen poterit species Nuncupativi testamenti vocari cum C. I. A. dict. r. §. 23. eò, quòd Natura Nuncupativi testamenti præponderet, ac principalior sit, quæ quasi in suam unionem scripti testamenti proprietatem assumpsit.

Extensio ad
Codicillos.

6. In Codicillis etiam, quorum proprium objectum sunt Legata, (post exæquationem sc. §. 10. l. de fideicom. hered. ubi Locam.) & fideicommissa. §. 2. l. de Codicill. ad eundem modum observari præcepit Imperator, quæ de Testamentis superius dicta sunt. Consentit Const. Maximil. I. d. r. von Testamenten / in fin. ibi, Es ist auch nicht allein in einem Testament eines Blinden / sondern auch in seinen Codicillen / vnd andern seinen letzten Willen noth / solche form zu halten. Sed quomodo ad eundem modum? Anne sic, ut & in Codicillis septem testes cum Notario, aut, ut mox audiemus, cum octavo teste, intervenirent? Namque & conjunctim ponitur in nostra lege, ibi, si ve in testamentis, si ve in Codicillis tenore compositam voluntatem &c. & in fin. vers. sed quia &c. Tabularii loco (indistincte) octavus testis adhiberi jubetur. ¶ Verum hæc omnia proportionaliter puto accipienda esse; ita, ut quemadmodum se habet Testamentum ad Codicillos, ita se habere debeat Testamentum Cæci ad Codicillos cæci, in quibus præter quinque testes l. ult. §. ult. Cod. de Codicill. Notarius, vel Sextus testis secundum hujus legis sententiam requiritur: Nec in tantum augendæ sunt solennitates ultimarum voluntatum; distinguendum enim est inter Rem & Modum rei h. e. inter solennitates auctas & augmenti quantitatem. Auctæ sunt tam in Testamento, quàm in Codicillis solennitates, sed non eadem quantitate, sed quæ utriusque naturæ proportionata sit. Itaque quod de Octavo Teste in fin. h. leg. dicitur sine ulla distinctione, illud de potiori ultimæ voluntatis specie intelligendum est, cum sint utrobique termini habiles erudite ponendi: & verba illa, in eundem modum &c. vel proportionaliter, uti dictum, accipi, vel referri debent ad alias ibi propositas solennitates, circa Nuncupationem, nimirum & Subscriptionem, non ad Numerum testium: idem dici potest ad d. Const. Maximil. v. Gloss. ad d. l. litt. x. Bachov. ad Treutl. Vol. 2. d. 10. §. 3. litt. f. in fin. Sichard. ad d. l. pr. n. 15. Dauth. de testam. pag. 205. n. 236.

Remissio
quarundam
solennitatum.

7. Tandem in vers. At cum humana &c. restricta nimis hæc testandi, pariter & Codicillos relinquendi forma remittitur in duabus præcipue partibus. Pac. in anal. C. qui testam. fac. poss. §. 7. n. 3. scilicet 1. quoad Nuncupationem uno eodemque loco ac tempore coram testibus faciendam, 2. quoad Tabularii accersendi necessitatem. Namque ob humanam fragilitatem data licentia est

ria est, voluntatem suam seorsim (*prima remissio*) scribendam credere, ne tam
 men scriptura postea perfecta recitetur à Tabulario coram Testatore ac testibus
 simul convocatis, quorum ille profiteatur, se ex animi sui sententia prælecta dis-
 posuisse: hi verò cum Tabulario confirmant testamentum subscriptione, pariter
 & signaculis appositis. Præterea nec Tabularii præsentia præcise necessaria est
 Namque permissum est (*altera remissio*) ubi copia ejus haberi non potest,
 octavum testem adhibere, ut vice ejus per omnia fungeretur. Custodiam de-
 nique confecti eo modo testamenti vel Codicilli mandare potest, cui velit, cæ-
 cus testator. *§. libera potestate concedenda &c.* nec in hoc singulare aliquod
 quærendum est. Confer omn. *d. Const. tit. von Testamenten §. Aber zu eis-
 nes blinden Testament gehört wie hernach folgt &c.* Exposita hucusque
 est simplex Analysis Nobilissimæ illius ac Consultissimæ legis *§. C. qui test. fac.
 poss.* intra cujus terminos contineri debet præsens mea disputatio, nec diffundi ad
 amplissimas Doctorum opiniones.

ARTICULUS III.
 De Coactis testari plenius pertractat.

1. **N**ondum videor absolvisse seriem eorum, quibus Naturaliter testandi fa-
 cultas adempta est: unde ad hos quoque attendendum tibi erit, quicun-
 que judicare velis de personæ disponentis habilitate. Sunt enim (ita
 gradatim lubet progredi) qui & velle possunt adultæ ætatis, sanique intellectus
 homines, insuper & voluntatem perfectis aurium, vocis & oculorum instrumen-
 tis sufficienter sciunt demonstrare, nec tamen firmiter testari poterunt, quia nec
 volunt, dolo, vi, metuque ad id impulsu. *t. t. ff. §. C. si quis aliq. testari prohib.
 vel coegerit.* ¶ Nam quamvis coacta voluntas sit voluntas, & rigore juris
 etiam obliget *l. 21. §. pen. ff. quod met. caus. ubi Wes. in w. pr. §. 1. I. de except.
 l. 17. qui §. à quib. manumiss. Gloss. ad l. 4. de R. I.* Simpliciter tamen confide-
 rata & extra compulsiones illas posita, Noluntas potius est, cum testator in liber-
 tate relictus nunquam e. c. Titium heredem instituisset, aut L. usumfructum
 reliquisset, *l. 1. sibi, quos noluerit. Cod. si quis aliq. testari prohibuer. add. Pac. 2.
 Evant. 67. Cujac. 16. Obs. 40.*

*Legitimus
 testator ra-
 tione ipsius
 voluntatis.*

*Qualis non
 est, qui ad
 testandum
 cogitur.*

2. Equidem cur Dolus etiam inter coactionis speciem referam, facio illud
 propter *l. 34. sibi, nec unquam volentib. (adde §. seditibus. l. 3. §. 5. de hom. liber. ex-
 hib.) dolus inferatur. C. de transact. l. 145. de R. I. ubi Gothofr. lit. n. arg. Rubr.
 §. l. 2. §. 2. sibi, qui dolum admisit. ff. si quis aliquem testari prohibuer. vel coeger.
 ubi C. l. A. d. 4. cap. 3. caus. 3. q. 1. Petr. Peckius de testam. conjug. lib. 1. cap. 3.
 Carpzov. p. 3. iurispr. for. const. 23. d. 30. n. 15. Conf. Arg. Vol. 1. conf. 61. n. 44. §. seqq.*
 Et utique sunt gradus coactionis, quæ vel est cum vi conjuncta, à Leone quasi fa-
 cta, vel sine vi, à Vulpe per clandestinas artes, calliditates, dolosque adhibita.
 Nec enim, inquit Dauthius *p. 25. de testament. n. 23.* longe à Coactione dolosa
 persuasio in hac materia recedit.

*Cur dolus
 referatur
 inter spe-
 cies coactio-
 nis.*

3. Insuper præter illud, quod supra *in Art. 1. n. 10.* de Coactione nota-
 tum est, hoc adjiciemus; sc. differentiam intercedere inter hunc & alios prohi-
 bitionis modos, quoad Effectum. Namque testamentum à Coacto factum non
 est ipso jure nullum, nec tum ad heredes ab intestato, sed ad filium defertur he-
 reditas, tanquam indigno ablata. Menochi. *lib. 2. arbitr. jud. quast. cent. 4. cas. 395.
 n. 7. Cujac. consult. 32. in fin. Iul. Clar. lib. 5. R. S. q. 79. n. 9.* ubi attestatur hanc
 sententiam esse inter Doctores communem. *C. I. A. si quis aliq. test. prob. d. 8. sit ipso jure*

*Differentia
 notatur in
 eo, quod te-
 stamentum
 à coacto fa-
 ctum non
 nullum.*

B 3

Wesenb.



Wesenb. in w. ff. eod. n. 2. Sichard. ad d. r. n. 7. Dauth. de test. p. 21. n. 20. & cui porro. Quamvis enim de Coactione nihil nominatim sub d. r. si quis aliq. testar. prohib. vel coeger. tractetur, omnia tamen, quæ de Prohibente dicuntur, porrigenda sunt ad illum, qui coëgit. Cujac in w. ff. C. d. r. Dauth. d. loc. Atqui de Prohibente dicitur, denegari ei actiones (ipso sc. jure cōpetentes) l. 1. C. ff. d. loc. & auferri datū l. ult. eod. locumq; fisco esse. l. 1. pr. l. 2. §. 2. eod. cum indignus hereditate sit. l. 2. C. d. r. l. 19. ff. de his qua ut indign. aufer. l. 3. §. 5. ad SC. Trebell. De indignis a. illud certissimum est, quod iis relicta ipso jure valeant, sitq; inter incapaces quoad hoc accurata distinctio, v. omn. C. A. de his qua ut indign. aufer. d. 1. Cujac. in w. eod. Ergo universa quoque ea de Cogente h. e. de altera Rubricæ in ff. & C. parte prædicari debent, ita ut testamentum quidem valeat, effectum autem ex eo non percipiat institutus heres, qui peccavit, sed Fiscus, cui peccatum fuit. Vves. in w. ff. si quis aliq. testar. prohib. n. 2. C. A. eod. d. 8. Pac. in anal. C. d. r. n. 3. v. tamen Carpzov. p. 3. Const. 5. def. 16.

Sed Fiscus hereditatē vindicat,

Non vero totā, si relictus coheredes aut legatarij non deliquerūt.

Amittitur C. Tertius aliquis hereditatem, ad quē instituedum alius coëgit.

Affirm.

Punitur tamen Coagens etiam aliter, ita ut C. ab in testato ve-

4. Neque tamen omnium heredum aut Legatariorum partem ad se trahit publicus ille vindex, sed tantum eorum, qui crimen Coactionis in supremam hominis voluntatem commiserunt. Reliquorum autem & fideicommissariorum partes integræ illis manent, quatenus sine culpa sunt. l. 1. §. 2. l. 2. §. 1. C. ff. si quis aliq. test. prohib. Vves. in w. d. r. pr. Berlich. part. 3. conclus. 7. n. 23. ubi itidem limitat modo dictum, ibi, si non constet ultimam voluntatem non tantum quoad institutionem, sed etiam quoad legata & fideicommissa coactæ factam esse. add. Carpzov. d. p. 3. Const. 5. def. 17.

5. Sed quid, si tertius aliquis si institutus ex alterius coactione, quæ scilicet dupliciter fit, vel ut ipse quis instituat, vel ut alius, cui aliquando forte successurus quis est, instituat. l. 1. C. si quis aliq. testar. prohib. vel coeg. Dicemus etiam eo casu defendi posse cum Dd. communiter, fisco applicari hereditatem, etsi tertius ille ignoret coactionem. Menoch. d. loc. n. 11. & allegati à Dauth. de testament. pag. 23. n. 21. pr. C. I. A. vero in tit. si quis aliq. testar. prohib. & pen. in fin. nihil decidit super hac questione, quam Sabbatinam Glossa vocat, h. e. talem, quæ religiose & circumspecte, velut in summa quiete, tractanda est. Raphael Fulgosius ad gloss. Accur. s. in l. qui mutuum. §. non ideo ff. mandat. Cothman. Vol. 1. respons. 46. n. 45. Rationes hæc proferemus; Nemo debet alienum metum in suam rapere utilitatem l. 14. §. 5. l. 9. §. ult. ff. quod met. caus. namque de metu, qui in omni vi atroci inest l. 1. d. r. non tantum ab authore, vetum à quovis adhibito excipitur l. 4. §. 33. de dol. C. met. except. ubi C. A. d. 21. in fin. & doli exceptio aliquando nocet ei, qui dolum non admisit l. 2. §. 1. in fin. d. r. l. 4. §. 17. eod. Sicut & doli actio consuevit in eum dari, in quem ex dolo, etsi alieno, res pervenit l. 15. pr. §. 1. C. 2. ff. de dol. mal. l. 17. §. 1. l. 26. cum seqq. eod. C. A. eod. d. 48. illud vero contingit, quando dolum immediata causa est acquisitionis: ita Glossa accurate distinguit ad l. 2. C. si quis aliq. testar. prohib. fac. omn. l. 49. §. 1. solut. matr. ubi dolum patris nocet filie, qua causam lucrativam habet ex ejus dolo. l. 25. pr. qua in fraud. cred. l. 10. pr. si quis omiss. caus. testam.

6. Dices præterea, non adeo magnam pœnam manere eum, qui cogit, si tantum aliena hereditas h. e. merum lucrum ei auferatur. Resp. Criminaliter quoque eum conveniri posse propter vim illatam l. 1. C. si quis aliq. testar. prohib. l. ult. ff. C. eod. §. 8. l. de publ. jud. & extra ordinem officio judicis coërceri, si coactio non incidat in crimen ordinarium. Sichard. ad r. si quis aliq. test. prohib. C. n. 10. in fin. Menoch. lib. 2. ar. 2. jud. quest. cent. 4. cas. 395. n. 3. Iul. Clar. lib. 5.

lib. 5. sent. 9. 83. n. 5. Insuper, & cumulatim quidem, Civiliter quoque actione in factum vel de dolo teneri ab intestato venientibus, quorum interest, testatorem non ita fraudulenter compulsam fuisse. *fac. l. 88. §. 4. de legat. 2.* Cujac. *in r. C. si quis aliq. testat. prob. C. A. eod. §. ult.* In subsidium quoque, si forte cogens non sit solvendo, superest remedium regressus adversus ipsum fiscum, *arg. l. fin. §. 1. ff. de eo, per quem fact. fuer.* Menoch. *d. loc.* Placuit hæc ipsa prolixius exequi, cum frequentiora in foro certamina sint circa naturalia hæc Testatorum impedimenta.

560
nientes sunt
interesse, si
quod pra-
tendere pos-
sint, conse-
quantur.

ARTICULUS IV.

Enumerat brevissime eos, quos ex Legis dispositione Status personæ aut Mores à Testandi munere repellunt.

1. **V**lterius in examine Legitimi Testatoris sequuntur nunc ii, quorum voluntas, etsi à Natura non impediatur, quo minus sive scriptura, sive voce libere possit declarari, à Lege tamen sola impeditur, ut ultima ejus judicia pro nullis habeantur, & pro inani quodam disponendi voto. Equidem non ego plenum formabo circa has quoque personas judicium, nec enim id paginæ hujus angustia permittit, & abunde hac in parte satisfacit, præcipue quoad statum ac Mores personarum *Coll. Iur. Arg. in tit. qui testam. fac. poss. §. 7.* Saltem confuse tradita in hæc membra faciliori methodo distribuam.

2. Legalia impedimenta respiciunt vel ipsam Personam, vel Bonam. Personam ratione status vel Morum & Criminum, quæ condemnationem vitæ instabilis *l. 18. §. 1. ff. qui testam. fac. poss.* post se trahunt. Status vel est Certus, vel Dubius: ille triplex est Libertatis, Civitatis, & Familiæ.

Legitimus
testator ræ-
tione sta-
tus, qui vel
certus est,
& hic tri-
plex,
vel
Libertatis.

3. Status Libertatis solus legitimus est, solus idoneus ad testandum, Servili conditione prorsus hinc exclusa. Poteris autem Servos alios Veros dicere, alios cum Zasio *Vol. 2. cons. 19. n. 3.* Anomalous, quales sunt homines proprii, **die Leibeygenen:** Hi ab intestato & ex testamento heredes habere possunt. *C. I. A. de stat. hom. §. 17.* nisi consuetudo contraria sit. *C. A. qui testam. fac. poss. §. 7. n. 1.* Myns. *Obs. 23. cent. 2.* Sams. *Hertzog/in Unterricht von Testament. n. 2. §. 17.* Veri aut nascuntur tales *§. 4. l. de jur. person.* aut fiunt, idque vel jure Gentium, per Captivitatem hostilem, *d. §. 4.* quod vel hodie in bello Turcico contingit *C. I. A. de stat. hom. §. 11. pr.* Treutl. *Vol. 2. d. 10. §. 2. lit. f.* Nec video, cur *C. A. in tit. qui test. fac. poss. §. 7. n. 2.* incertam eam sententiam vocet, quæ de Civilibus inter Christianos bellis ibidem proponitur: Certam enim eandem esse, & expresse confirmatam patet *ex l. 21. §. 1. de Capr. & postl. revers.* Schneid. *ad §. ult. l. quib. non est perm. n. 2.* vel jure Civili fiunt, per varios modos, quos recenset *C. A. de statu hom. §. 11.* Imprimis de Servis pœnæ per sententiam judicis capitalem factis consule *C. I. A. qui testam. fac. poss. §. 7. n. 6.* Cujac. *ad l. 8. qui test. fac. poss.* Vir. Ampliff. Dn. D. Bicciam, Patronum, Cognatumque meum plurimum venerandum *sect. 3. Aureor. §. 73. litt. nn.* & nisi instituti ratio ad alia avocaret, subjecta tabula ostendi posset, quodcunque de damnatis in jure non sine difficultate occurrit. Sed pergo.

4. Medius Civitatis status itidem testaturis necessarius est *arg. l. 1. ff. ad l. Falcid.* Hinc Deportati, qui servi quidem non sunt, libertatem sc. adhuc re-

vel
Civitatis]

tinentes

tinentes §. 2. l. de cap. dimin. Civitate tamen amissa, simul universa civium ju-
 ra, & quod inter ea præcipuum est, testandi jus amittunt. §. 1. Inst. quib. mod. jus
 patr. por. solv. l. 8. §. 1. 2. qui testam. fac. poss. l. 17. de pæn. l. 1. §. 2. de leg. 3. Ac-
 cedit, ut in hisce fere omnibus, Bonorum defectus: Namque deportatorum bo-
 na, quæ tempore damnationis habuere, publicantur d. l. 8. aut superstibus libe-
 ris vel Parentibus applicantur N. 134. c. ult. & quæ postea acquiruntur, ipsis quo-
 que adimuntur l. 2. C. de bon. proscript. l. 15. pr. de interd. & releg. De quibus
 ergo testabuntur? Ad rem maxime loquitur Cujac. in comment. ad dict. l. 8.
 Deportatorum vel capite & metallo damnatorum bona non publicantur ex-
 tantibus Liberis vel Parentibus: sed tamen, quia eis bona adimuntur, & in li-
 beros, vel Parentes transferuntur, adeoque nudis exulant amissa Civitate, ne hodie
 quidem i. e. post N. 134. habebunt illi testamenti factionem &c. De Bannitis
 qui similes Deportatis sunt, aut certe deterioris conditionis Gail. lib. 2. de pac.
 publ. cap. 1. num. 24. prolixo sermone agit Iul. Clar. lib. 3. sent. §. Testamentum.
 quæst. 19. Dauth. de testam. pag. 174. De Excommunicatis v. Fachin. 5. Contro-
 vers. 88. ubi negat eos testari posse. Gail. dict. loc. Relegati autem testamen-
 ti faciendi jus retinent. d. l. 8. §. 3. nullam pœnam status perpeffi. C. A. d. 8. 7.
 num. 5. ¶ Quid vero sentiendum de istis peregrinis (nam & Deportati
 vocantur) Peregrini in l. 1. Cod. de hered. instit.) qui ratione municipii tantum
 tales sunt, aut certi alicujus in orbe Romano loci, ut Advenæ & Forenses? Resp.
 Eorum testamenta secundum loci, quo commorantur, statuta confecta valere,
 etiam quoad bona alibi sita; fac. Auth. Omnes peregrini. C. commun. de success.
 (quæ sumpta est non ut aliæ Authenticæ ex Novellis, sed ex Constitutione Fri-
 derici II. de statutis & Consuetud. post duos libros Feudorum. v. Rittershus.
 p. 7. Nov. cap. 3. n. 11.) Carpzov. p. 3. jurispr. for. Const. 6. def. 12. qui indubita-
 tum hoc fere apud Dd. esse asserit. Gail. 2. O. 123. Mynsing. 5. O. 10. Treutl. 1. 1.
 10. in fin. & ibi Bachov. Christin. de statut. Mechliniens. lib. 17. artic. 1. n. 10. &
 art. 3. n. 13. Dilect. Durant. de art. testand. s. 2. caut. 6. Nec sane communem
 hanc opinionem, saltem eo nomine gratam, v. omn. ad hoc Conf. Argent. vol. 1.
 conf. 96. n. 42. & seqq. infringere possunt argumenta Fachinei lib. 5. Controv. c.
 90. & 91. Distinctionem interim verissimam ubique retinemus inter causam Te-
 stati, & intestati: quippe in hac non item, sicut in illa, extensio fit ad bona extra
 territorium, quo defunctus periit, collocata, cum Treutl. d. loc. Gail. d. lib. 2. O.
 124. n. 4. sive immobilia sint, sive mobilia, cum Argentoratens. in d. conf. 96.
 num. 59. Vbi hanc ipsam quæstionem pertractant; Ob eines jeden Orts Ge-
 brauch in Erbschaften vnd successionibus abintestato (dann von diesem
 fall/ vnd nicht de causa Testati die frage / auch derselben nachfolgende re-
 solutio zu verstehen) auch auff die Güter / so aussershalb dess Orts / da der
 Gebrauch vorhanden / sive ad bona extra territorium statuentium sita, zu
 weitem sey? id quod negant.

De testa-
 mento à Fo-
 rensi facto.

Auth. O-
 mnes pereg.
 C. Commun.
 de succ.

Vel
 Familia.

5. Infimus tandem Familix status excludit à Testamenti factione ho-
 mines alieni juris pr. Inst. quib. non est perm. fac. testam. & includit solos sui
 jurishomines h. e. Patresfam. & Dominos: Quanquam qui sub Dominica po-
 testate degunt, servi, majores suæ inhabilitatis causas habeant, ab omni prorsus
 statu §. 4. Instit. de Caput. dim. adeoque ab omnibus juribus Civium Romano-
 rum exclusi. inde factum est, ut in d. s. Inst. de solis filiisfam. exemplum Impe-
 rator subjecerit, quos scil. non libertas amissa, non perdita civitas, sed sola pote-
 stas patria ineptos ad testandum, inhabilesque reddit; add. Bachov. ad d. s. princ.

¶ Dispu-

¶ Disputandi circa hanc rem occasione arrepturus, subijciam hinc de filiofam. controversiam, tantis dubitationibus implicitam, ut ob dissensum authorum veritas eius commendatior mihi hucusque fuerit, & defendam (dissentiente Bachovio ad Treutl. Vol. 2. d. 10. §. 2. lit. C. ubi I. M. i. e. Clarissimi Authoris Collegii Argentor. tanquam Novi interpretis, argumenta refutat) Filiofam. permiffum esse de bonis Adventitiis, pleno proprietatis & ususfructus jure possessis, testari, legum autoritate & rationibus innixus, quas in discursu proferam.

6. Hucusq; de triplici statu Certo: Sunt aliquando quidam dubii etiam status & incerti, qui etsi revera in eo statu sint, quo testari concessum est, tamen ob incertitudinem & ambiguum opinionem nequeunt testari l. 14. 15. ff. qui test. fac. poss. l. 6. §. 8. de injust. rupt. l. 1. pr. de legat. 3. Exceptio est in Milite, l. 11. §. pen. ff. de testam. milit. (ita enim allegatio textus in C. I. A. tit. qui testam. fac. poss. §. 9. n. 5. corrigenda est) & Veterano l. 9. de jur. Codicill. Consideravimus haec tenus Personam ratione status.

Vel Dubium est.

7. De Moribus scelestis, ob quos illud humanae vitae haud ultimum beneficium, illud fati ac mortalitatis solatium, quibusdam personis poenae nomine ablatum est, longiorem dicendi ordinem non auspicabor, partim quod satis diligentem operam in enarratione istarum quoque personarum praestiterit Coll. Argent. d. 1. §. 7. n. 7. §. 8. partim quod duxerim, melius utiliusque me facturum, si legitimum Testatorem ratione Bonorum describerim. Addi tamen ad C. A. d. loc. poterit crimen ejus, qui rebaptizavit, aut rebaptizare passus est, nec crimen detulit l. ult. C. de S. baptisma iteretur: ut & ex Auth. Omnes peregrini. C. Commun. de success. Hospitum delictum, qui peregrinorum & advenarum bona fraudulenter contrectarunt. Sed cum properandum sit, Personam relinquo, Bonorum rationem initurus.

Legitimus testator ratione Bonorum.

ARTICULUS V.

Bonorum qualitatem considerat, de quibus testari licet vel non, ac in fine de Legitima Liberorum ac Parentum quaedam adnotat.

1. Succedit nunc ratione Bonorum impedimentum, quamvis etiam in prioris ordine hoc ipsum plerumq; sit inclusum, sed consequenter tantum & secundario. Ubique enim ad primam ac potiore rei causam respiciens examinator, inveniet in hac parte Testatorem in statu quidem justo ac probato positum, Legitimum tamen non esse, eod, quod vel nulla penitus bona habeat, nec in Re, nec in spe, fac. l. 19. §. 2. ff. de Castr. pecul. vel quod non pleno jure, sed affecto gravatoque ea possideat. conf. l. 3. §. 1. in fin. C. de secund. nups. Carpz. p. 2. Const. 12. d. 26. num. 2.

Ratione Bonorum.

2. Equidem Hereditas juris nomen est, & sine ullo corpore intelligitur l. 50. pr. de H. P. inde fit, ut herede in re certa instituto, aut mentio rei detrahatur l. 1. §. 4. l. 9. §. 13. l. 10. de hered. instituend. aut si coheres adjectus sit, pro legatario is habeatur l. 13. C. de hered. instit. Bachov. ad Tr. Vol. 2. d. 11. §. 11. A. Pac. in anal. C. d. 1. §. 17. Consequenter tamen & materialiter considerata corporales quoque res, non vero ut singulas consideratas, bonaque, quae civili sensu l. 49. de V. S. debita quoque & alienum continent l. 3. pr. de bon. poss. post se trahit §. 1. d. de reb. corpor. §. incorpor. ubi Wesenb. in Verb. consinensur §. c. &

Remotum dubium.

C

Bachov.



Bachov. Certè enim, qui prorsus nihil in bonis habet, nec habere potest, quomodo is de bonis testabitur? Sine re, solis verbis constaret inanis illa institutio. Nec sicut res aliena legari, ita & in ea heres institui potest. Wesenb. in *ff. qui testam. fac. poss. n. 9.* & *de hered. inst. n. 5.* Ampliff. & Excellentiss. Dn. D. Tabor in *Elem. Iurispr. p. 3. sect. 4. exb. 25. n. 9.* & in *tract. synopt. p. 463. num. 7.* Cæterum sunt & alia ultimarum voluntatum objecta, veluti Tutoris datio & substitutio pupillaris, ad quæ perveniri potest sine ulla Bonorum consideratione. *l. 2. l. de legit. agnat. tut. l. 3. de testam. tut. l. ult. cod. §. 4. l. de pupill. subst. Iul. Clar. lib. 3. sent. §. Testamentum. q. 22. in fin.* Sams. Herzog im *Vnterrichte von Testament. t. 2. q. 30.*

Qui bona nulla habent, non possunt testari.

3. Series bona nulla habentium non indiget ulteriori declaratione: in illa positi sunt e. c. Monachi. *Auth. ingressi, ibi, utpote nec domini rerum. C. de SS. Eccles. Nov. 5. cap. 5. abrogata l. 20. C. de Episc. & Cler.* per quam olim testari poterant: quamvis & ipsa *Novell. 5.* correctæ sit per posteriora jura *N. 123. c. 38.* Sed hæc diutius inhære, parum expedit. v. *Carpzov. p. 3. Const. 28. def. 3. n. 6.* Positus quoque in hoc ordine est Donator omnium bonorum, tam præsentium, quam futurorum: de quo informari desiderantem remitto brevitate causa ad *Carpz. p. 2. c. 12. d. 26. & 27. Bachov. ad Treutl. vol. 2. d. 19. §. 5. lit. d.*

Nec illi, qui bona, sed nõ pleno jure, habent.

4. Præterea plenum jus non habent, etsi domini rerum, ac idè legitimi testatores non sunt, quoad illas res. Quidam (1.) ob Ecclesiæ, cujus intuitu res acquisitæ sunt, causam & indemnitate *cap. 7. extr. de testament.* quidam (2.) ob interdictam à Magistratu bonorum possessionem: quidam (3.) ob legem naturæ, per quam Liberis, Parentibusque, & in casu certo fratribus portio quædam bonorum relinquenda est sine ullo gravamine: quidam (4.) ob legem restitutionis adjectam, ac fideicommissi onus: quidam (5.) ob primæ acquisitionis conditionem.

VI
1.
Clerici, ob Ecclesiæ indemnitate. c. 7. extr. de testament.

5. Ad primum numerum pertinent Episcopi & Clerici, quomodo hi jure Canonico, usque, comprobato distinguantur v. apud *Pac. in anal. C. de Episc. & Cler. n. 24.* & *Ampliff. ICr. Dn. D. Tabor. in tract. de obligat. success. offic. c. 6. n. 2.* Illorum peculium triplex constituitur ab *Andr. Vallens. in p. 1. extr. de pecul. Cleric. n. 1.* à *Iul. Claro d. §. Testamentum. q. 27.* in quinque genera dividitur: simplicius ac brevius in *Synop. dicitur* dici potest; Clericorum res esse vel proprias vel alienas, administrationis tamen jure ad eos pertinentes: proprias habere vel extra Ecclesiæ intuitu, vel cum Ecclesiæ intuitu ac consideratione *c. 9. extr. de testam.* illas vel ante Ecclesiasticum ordinem possederunt *c. 1. extr. cod.* vel in ipso ordine, jure successionis paternæ seu Cognationis, aut per suum laborem ac industriam acquisiverunt. De utrisque autem rebus, quas cum Vallens. *d. loc.* Patrimoniales vel quasi, poteris appellare, libere testari possunt Clerici *l. 34. l. 30. C. de Episc. & Cler. d. cap. 1. 9. extr. de testam. c. 19. l. 2. q. 1.* *Andr. Vallens. t. extr. de testam. §. 6. num. 4 & 5.* sub metu tamen querelæ inofficiosi *N. 123. c. 19. add. c. 34. l. 2. q. 2. & Iul. Clar. d. loc.* ¶ At vero de rebus Ecclesiæ intuitu & occasione acquisitis (cujusmodi acquisitio in dubio quando præsumatur, vid. apud *Menoch. de arbitr. jud. quest. cas. 195.* *Dauth. de testam. pag. 155.*) testamentorum elogia non permittunt fieri officia charitatis, quibus beneficiati obnoxii tenentur suæ Ecclesiæ; fac. maxime *cap. 7. extr. de testam.* Nec hîc distinguo cum *Fachin. 5. Controv. 89.* & aliis, sed indistincte cum Vallens. *d. loc.* etiam de fructibus beneficiorum, etsi domini eorum sint, Vallens. *d. loc. & de pecul. cleric. n. 6.* *Fachin. d. loc.* nego testari Clericos posse; cum simpliciter ubique *Canones lo-*

nes loquantur de acquisitione per Ecclesiam & occasione Ecclesiae d.c.17.9. Du-
rant. de art. testand. tit.1. can.3. pr. Dauth. d. loc. n.179. quamvis positivo isti
juri generalis fere consuetudo contraria hodie sit, teste Vallensi de testam. §. 6.
num. fin. C. I. A. qui testam. fac. poss. §. 9. n.2. Ceterum de bonis Ecclesiae h.
e. alienis, in quibus nihil juris, praeter administrationem, sibi vindicant Clerici,
nullum dubium est, testandi facultatem deficere. c.2. extr. de donat. c.20.12. q.1.

6. In secundum ordinem non pleno jure possidentium, referuntur
Prodigi: illi domini quidem sunt bonorum, manentque, administratio tamen
dominii, plenumque exercitium, cujus nobilissima species est Testamenti confe-
ctio, interdicitur eis, tanquam furiosis ac dementibus, omniumque vitiorum
ac libidinum servis l. ult. §. 2. C. de sent. pass. & restit. curatoribus a Magistra-
tu datis l.1. ff. de Curator. furios. l.3. C. de in integr. restit. l.18. pr. ff. qui testam.
fac. poss. §. 2. l. eod. Dices ex l.40. ff. de R. I. Ejus, cui bonis interdictum est,
perrade nullam voluntatem esse, sicut furiosi, quem supra inter naturam prohibi-
tos retulimus. Resp. Furiosi per ipsam naturam, morbique gravitatem volun-
tatem nullam esse, Prodigii esse aliquam, sed respectu alienationis, quam Magistra-
tus interdixit, nullam esse intelligi: suntque furiosi alii revera tales (ut Bach.
ad Treutl. Vol.2. d.10. §.2. lit. C. prim. eleganter loquitur) alii ex praesump-
tione aut quadam dispositione legis, ut Prodigii. Sed in his nihil occurrit, de quo du-
bitari possit.

2.
Prodigi ob
interdicta
bonorum ad-
ministra-
tionem.
l.40. ff. de
R. I.

7. Ad tertium genus eorum, quibus plenum jus nonnihil limitatum est. Matth.
Berl. p.3. concl. 11. pr. pertinent Parentes & Liberi, & interdum Fratres, ratione certae
illius portionis bonorum, sine ullo gravamine relinquenda, quae communiter
Legitima vocatur, das gebührende natürliche Antheil oder Pflichttheil.
Namque non tantum a Parentibus Liberis non ingratis, & a Liberis Parentibus,
& interdum, his non superstitibus, Fratribus Legitima pars, i. e. quam exigente
ipsa Naturam lex confirmavit & definit in N. 18. c.1. necessariam in bonis conser-
vanda est. N.1. praf. §. 2. & quidem honorifico institutionis titulo N. 115. c. 3. necessariis
Locam. ad §. ult. pr. 1. de inoffic. testam. Bachov. ad Tr. Vol.1. d.13. §. 12. lit. A. istis perse-
Rittershus. p.6. No. cap.3. n.36. Carpzov. p.3. Constit.9. d.1. Sed & sic ab omni
gravamine ea liberanda, ut nulla dispositio moram vel quodcunque onus e. c.
Fideicommissi. Gail. 2. O.119. vel ususfructus N.18. c.3. introducens, possit in hac
parte bonorum locum habere. l.32. C. de inoff. testam. l.36. §.1. C. eod. Rationem
exponit Rittershus. d. p.6. c.4. num.27. Treutl. Vol.1. d.13. §.12. b. Gail. d. lib.2.
Obsev. 119.

3.
Parentes &
Liberi, &
interdum
Fratres, ra-
tione Legi-
tima, qua
necessariis
istis perse-
nis relin-
quenda est.
sine ullo
gravamine.

8. Equidem vivis adhuc his personis e. c. Parentibus in tantum non est
alienandi distribuendique suas res inter vivos potestas restricta, ut non & Legiti-
mae quantitatem, quae scil. obventura aliquando est filiis, cujusque petitio non-
dum nata est, invitis parentibus, Rittershus. d. loc. n.21. Myns. cent.4. O.25. Carpz.
p.3. C.12. d.10. possint diminuere & totam etiam tollere. Gail. 2. O.116. n.5. Angel.
Mattheac. de legat. & fideic. lib.4. c.13. n.2. Nisi immodicae & immensa l.3. C.
de inoffic. donat. ac quodam impetu l.2. C. eod. & ad eludendam inofficiosi que-
relam l.1. C. eod. adeoque in fraudem liberorum fiant donationes: Has enim,
in quoscunque etiam factae sint, revocare licet ad quantitatem usque legitima.
l.5.7. pen. C. de. Auth. unde & si parens. C. de inoff. testam. Cujac. §. O.14. Gail.
2. O.116. n.4. Gothofr. ad N.92. lit. r. ubi accurate distinguit inter donationem
Ante vel Post susceptos liberos: illa in solidum revocatur, sed non ex capite inof-
ficiosi §. 18. C. de revocand. donat. nec obstat l.5. C. de inoffic. donat. ubi Glossa. Hae,
donationes

4.
Vixi quidem
parentes li-
beram ha-
berent suarum
rerum ad-
ministra-
tionem.
Non possunt
tamen in
fraudem li-
berorum per
inofficiosas
donationes

legitimam uti dictum, pro modo tantum Falcidiae seu Legitimae. Consentit Rittershus. p. 5.
nimiū ex- No. cap. 13. n. 9. Per testamentum tamen nec minui, nec gravari, multo minus
senuare, tolli potest portio Liberis, Parentibus, Fratribusque debita, nec per expressam
Per testa- quoque prohibitionem. C. A. ad L. Falcid. §. 7. nu. 20. Pac. in anal. C. eod. §. 12.
mentū vero Locam. q. Inst. 258. in fin. Secus est in quarta Falcidiae & Trebellianica, quoad
nullo modo Extraneas personas N. 1. c. 2. §. 2. C. A. d. loc.

eādem gra- 9. Ceterum disputatio de Gravaminibus, quae respuit Legitima, maxi-
care possūt, me nostro proposito convenit. Notabimus circa ea quasdam exceptiones, simul-
nendum ex- que de illorum effectu dicemus. Ac (1.) excipiendum est onus seu gravamen
presse pro- Aeris Alieni: Namque hoc, cum non à Testatore demum imponatur, sed jam
hibere. ante sit contractum, Legitimam quoque partem totam opprimere potest L. S. §.

De grava- 9. ff. de inoff. testam. Gail. d. lib. 2. O. 119. n. 11. adeo, ut nec repudiare heredita-
minib. no- tem, vel ab ea abstinere liceat, salvā & retentā absque hoc onere legitima. v. omn.
dantur. C. I. A. de acquir. hered. §. 41. n. 5. Fachin. 4. Controv. 65. Bachov. ad Treutl. 1. 13.

1. 16. A. Nec hujus respectu Liberi praferantur Matri bona dotalia, pariter atque
Exceptio- paraphernalia petenti aut portionem statutariam. Carpzov. p. 1. C. 28. def. 100. &
nes. 101. Nec denique alimenta consequantur, antequam creditoribus omnibus fue-
rit satisfactum, nisi hi ultrò aliquid cesserint. Carpzov. d. Constit. 28. d. 157. (2.)

Non simpliciter omnia additamenta circa Legitimam rescantur, sed tantum ea,
quae pro oneribus haberi possunt, non vero, quae in gratiam favoremque libero-
rum cedunt, *exempl. l. 25. C. de inoff. testam.* ubi Gothofr. *lit. r.* quemadmodum
nec gravamen intelligitur, si filio impuberi in Legitima substituatur pupillariter.

l. 26. C. eod. ubi Pac. *in anal.* §. 13. Coll. Arg. *d. t. §. 55.* Gail. 2. O. 137. num. 15. (3.)

Fideicommissum Legitimae sub certo tempore mortis restituendae aliquando va-
lidum est, si illud sit reciprocum *per l. 12. C. d. t. v. Fach. 5. Controv. 27. & omn.*

Claud. Chiffet. de jur. fideicom. lib. 2. c. 15. (4.) Quamvis gravamen usufru-
ctus omnium bonorum relictis in Legitima Liberos non valeat *per Const. In-*

stin. in d. N. 18. cap. 3. per quam tenentur Parentes & proprietatem & usufru-
ctum legitimae partis omnibus modis relinquere; add. Rittershus. *d. cap. 4. n. 36.*

Gail. 2. O. 144. num. 1. Berlich. *pag. 3. Conclus. 18. num. 1.* Peregrin. *de fideicom.*
Art. 36. nu. 68. Statuta tamen locorum, quibus Legitimae petitio expresse dif-
fertur usque ad mortem usufructuarius, valere ex praedictis probat Carpz.

p. 3. Constit. 12. def. 6.

2. 10. Insuper de Effectu gravaminum non permissorum observandum est,
Effectus. eum tantum non esse, ut ipsam dispositionem vitiet, sed potius adjectionem
ipsam gravaminis, conditionis vel dilationis vitari; ac pro non scripta ipso jure
haberi *l. 32. C. de inoffic. testam. in fin.* Berlich. *p. 3. Conclus. 14. n. 5.* allegati ab

Argentoratens. *Vol. 1. conf. 75. n. 17.* (haud secus, ac dispositum est de impossibili
conditione *in §. 12. Inst. de hered. instit.*) tollitque eam usque ad quantitatem

Legitimae purae, liberae, plenae: in ceteris autem partibus conditionem moram-
que strictè observari *per l. 36. §. 1. C. de inoffic. testam.* Magnum hoc loco scri-
benti occurrit dubium: Si enim conditio pro non adjecta habetur; Ergo testa-
mentum, in quo filius sub conditione casuali vel mixta institutus est, valebit, de-

tracta saltem conditionis mentione contra *l. 4. C. de instit. & subst. de quo*

informare lectorem poterit Fach. 5. Controv. 71. & Peregr.
de fideicom. Art. 36. n. 63.

ARTICULUS VI.

De rebus Fideicommissis agit, quando alienari possint, vel non.

1. AD quarti generis §. Artic. 5. n. 4. considerationem ut perveniam, sic exordiar dicere. Scilicet plenum alienationis jus restringi ac adimi aliquando Publicâ Legis, aliquando Privatâ Hominis, sive testantis, sive contractantis auctoritate l. ult. pr. 6. de reb. alien. non alien. Omissis cæteris de Testatore tantum hoc loco dicam, alienationem inhibente, quod facit, saluti liberorum, familiæque dignitati consulturus, vel Tacite vel Expresse. Sichard. ad t. C. commun. de legat. n. 4. §. 24. Fernand. Valq. de success. creat. lib. 3. §. 26. n. 116.

2. Tacite, per substitutionem fideicommissariam (Pupillaris enim substitutio alienationem nequaquam impedit. Gail. 2. O. 137. n. 13.) quâ bona servanda sunt iis, quibus Testator vel pure vel sub conditione e. c. si sine liberis fidei- ductarius decesserit, iussit ea restitui. Inde talia bona restitutioni obnoxia, (so dem Widerfall vnterworffen. Sams. Herzog im Unterricht von Testamenten. r. 2. q. 29. pr.) nullo prorsus modo vel inter vivos, vel ultima voluntate alienari possunt l. ult. §. 2. §. 3. C. commun. de legat. Auth. Res qua subja-cent. eod. Carpzov. p. 3. C. 8. def. 30. Conf. Argent. vol. 1. Conf. 94. ubi hæc quaestio tractatur, ob ein allbereir per fideicommissum versangen Gut könne zu nachtheil deren/denen es schon versangen / durch ein letzten willen andern bescheiden werden.

3. Equidem testari gravati fideicommissis possunt l. 8. C. ad L. Falcid. sed quoad res fideicommissis subjectas non valide, non irrevocabiliter l. 69. §. 3. de leg. 3. in reliquis autem partibus testamentum non irritum est d. l. 8. quamvis & in eo effectus aliquis appareat, quod res aliena à sciente testatore etiam legari. §. 4. l. de Legat. & per fideicommissum relinqui possit §. 1. l. de singul. reb. per fideic. relict. Sed hoc non valebit ad effectum ipsius rei alienationis, sed tantum ad obligationem heredi inferendam, ut si non possit rem redimere, æstimationem præstet. dd. §. fac. l. 40. de legat. 1. §. 1. 114. §. 5. eod. ubi licite relictum dicitur, quod propter qualitatem relictæ (forte quod fideicommissis sit obnoxium) aliquis habere non potest. Cæterum Alienationis verbo Heredis institutionem atque ultimam dispositionem etiam venire, manifestissimum est ex l. 8. §. 2. C. de secund. nupt. ubi Gloss. l. 69. §. 3. de leg. 2. l. 135. §. 3. de V. O. l. 16. ff. de testam. mitit. l. 1. C. de fund. dot. ubi Gothof. lit. g. add. Durant. de art. testand. t. 5. caut. 38. Andr. Vallens. de reb. Eccles. alien. vel non. §. 1. n. 4.

4. Notandæ autem sunt Exceptiones ratione totius massæ hereditariæ ab eo, qui fideicommissis relictæ, tum ex jure Veteri, tum Novo: illo jure valet aliquando alienatio vel simpliciter, vel secundum quid. Simpliciter valet alienatio tum Necessaria, tum Voluntaria.

5. Necessaria est, quæ fit ob æs alienum, quod demum deducto, reliqua bona intelliguntur fideicommissis gravata l. 39. §. 1. de V. S. l. 6. C. ad L. Falcid. §. ult. l. eod. l. 38. pr. Vers. idem quasit. de leg. 3. Nec potuit in fraudem Creditorum legem suis rebus, ne alienentur, testator imponere: fac. omn. l. 114. §. 14. de leg. 1. Certè æs alienum minuit fideicommissum, ut eò minus sit restituendum. l. 27. §. 7. in fin. ad SC. Trebell. Necessaria etiam est alienatio, quæ fit pro funere defuncti & legatis relictis. Carpzov. p. 3. C. 8. d. 34. Peregr. de fideicom. art. 40. n. 18.

Bona non pleno jure habent.

4. Illi, quibus testator alienationem interdixit

Vel Tacite, per substitutionem fideicommissariam.

Namque bona fideicommissis subjecta alienari non possunt.

quamvis Verum sit, rem alienam etiam legari posse.

Alienationis Verbo Heredis etiam institutio venit.

A priori regula de prohibita

alienatione excipiuntur Casus, tum ex jure Veteri, tum Novo.

Illo jure valet ali-

C. 3.

6. Volun-



alienatio vel
simpliciter
sive Neces-
saria,
sive Volun-
taria.

vel
Secundum
quid.
partim
ratione
Temporis,

partim
ratione A-
estimatio-
nis.

jure Novo
distinguen-
dum, utrum
quis roga-
tus sit resti-
tuere, quis
quid post
mortem su-
perest.

Nov. 108.
l. 6. §. 1. C. ad
SC. Trebell.

6. Voluntaria valet usque ad finem quartæ seu dodrantem; Namque quartæ ex SCto Trebelliano reformato debita (quæ hodie in Cognatis & Con- sanguineis personis aucta est *N. 18 c. 1. N. 39. cap. 1. pr.*) alienatio utique libera permilla est. *fac. l. 3. §. 3. ff. ad SC. Trebell. add. omn. Conf. Argent. vol. 1. cons. 94. num. 6. Carpzov. p. 3. C. 8. d. 31. Gail. 2. O. 137. n. 2. 3.* Præterea etiam tum simpliciter valet alienatio, quando testator expresse permittit heredi suo per fidei- commissum gravato facultatem alienandi: de quo nullum dubium, cum à te- statoris voluntate omnis vis testamenti pendeat *l. 19. princ. l. 101. de Condit. & Demonstr. l. 35. §. 3. de hered. instit.* Circa interpretationem autem Voluntatis, se- in quantum & quomodo eo casu heres alienare possit, maxima dubia occurrunt, in quibus plene perfecteque lectorem informat *Peregrin. de fideicom. Art. 40. num. 45. & mult. seqq.*

7. Secundum quid valet alienatio partim ratione Temporis, partim ra- tione Aestimationis, quæ sola repeti potest, re apud possessorem manente. Ratio- ne Temporis bona sub conditione aut incerto die fideicommissio subjecta alie- nari quidem interim possunt, existente tamen conditione aut veniente die, ab initio causa in irritum devocatur, sunt verba Imperatoris *in d. l. ult. §. 3. C. comm. de leg. v. Gail. 2. O. 137. n. 5. & seqq.* nullo pretio possessoribus eo nomine refuso. *arg. l. 3. C. de R. V. l. 7. C. ad SC. Vellejan. l. 2. C. de furt. l. 16. C. de Evict.*

8. Respectu autem Aestimationis alienatio interdum valet, etsi ea ultra quartam seu portionem legitimam sit (1.) Ob justam ignorantiam alienantis, pariter & accipientis, in casu valde singulari, &, ut *Gail. 2. O. 137. n. 10.* loquitur, singularissimo *l. ult. §. ult. de legat. 2.* quem pluribus declarat *Peregrin. de fideico. Art. 40. num. 38.* (2.) Ob Libertatis favorem: Namque Libertas servo restitui jussu dari potest irrevocabiliter, sed ita, ut pretium fideicommissario loco ejus præstetur *l. 25. §. 2. ad SC. Trebell.* Secus est in Legato servo. *l. 21. de Manumiss. Coll. Arg. ad SC. Trebell. §. 13. n. 14.* Rationem exponit ex *Cujac. ad Nov. 39. pr. Rittershus. p. 6. Nov. cap. 9. n. 8.* (3.) Ob rei, quæ servando servari non potest, fragilitatem aut sterilitatem: Imò ob hanc tenetur fiduciarius rem distrahere, nisi velit culpæ reus fieri *l. 22. §. 3. ad SC. Trebell.* Et tunc pretium loco rei suc- cedit, heredique in quartam imputatur. *Gail. d. loc. n. 12.* aut fideicommissario re- stituitur. *Carpzov. p. 3. Conf. 8. def. 32. n. 4.*

9. Et sane sunt hæc Exceptiones juris Veteris non inveteratæ, nec sub- latæ, sed insuper declaratæ & auctæ per jus Novellarum, quo sic decisum se- cundum conceptas à Testatore restitutionum formulas, ut, si præceperit restitui, quacunque tempore mortis gravatis supererunt, non posset fiduciarius quidem mala fide in rebus fideicommissis versari, atque perdendo omnia intervertere fi- deicommissum *l. 54. ff. ad Trebell. l. 3. §. 3. de usur.* haberet tamen in tribus par- tibus liberrimam v. *Fachin. 5. Controvers. 53. Rittershus. pag. 6. Novell. cap. 10. n. fin.* voluntatem: Num testandi etiam de iis arbitrium? v. *Durant. de arte testand. s. 5. caut. 38. pr. remissive, & Peregrin. de fideicom. Art. 40. num. 43.*

Quartam vero partem imminutam ad fideicommissarium transferret *N. 108. c. 1.* eique eo nomine caveret, nisi testator prohibuerit *d. Nov. c. 2. add. omn. Cuiac. ad N. 39. in fin. ubi l. 6. §. 1. C. ad SC. Trebell.* de rogato filiis suis restituere inter- pretatur, hanc vero *Nov. de rogato* fratribus suis & extraneis. Præterea quoad ipsam Quartam excipiuntur casus dotis dandæ, aut sponsalitiæ largitatis, aut re- demptionis captivorum, aut sustentationis necessariæ, sive sit filius, sive extraneus *d. Nov. in fin.* Et in hoc differentia est ab altera restituendi formula *in N. 39.*

ubi

ubi Cujac. *circ. fin. Peregrin. de fideicom. Art. 40. n. 40. § 41.* qui adhuc aliam ponit differentiam. In prædictis autem casibus, si nulla alia fiduciario superest substantia, quartæ etiam partis subsidium conceditur. *d. N. c. 1. § 2. Auth. Contra cum rogatus. C. ad SC. Trebell. Carpz. p. 3. Const. 8. d. 37.*

10. Altera vero restitutionem imperans formula, quâ scilicet absolute quis rogatur restituere, quicquid relictum est, ita fiduciarium constringit, ut nihil, ultra portionem debitam ex SC. Trebelliano, cum effectu possit alienare vel obligare: Exceptâ rursus causâ Dotis & Donationis propter Nuptias *N. 39. § Auth. Res qua subjacent. C. Commun. de legat. v. Francisc. de Barry tr. de succession. lib. 8. r. 3. n. 24. § 26.* Nicol. Intrigliol. *de subst. cent. 3. q. 73.* Namq; ad has honeste & constituendas & restituendas. *Sichard. ad d. Auth. n. 28. Menoch. de arbitr. jud. q. cas. 182. n. 69. Angel. Mattheac. de legat. § fideic. lib. 4. cap. 3. n. 4.* non item augendas *d. N. cap. 1. §. 1.* si non sufficiat Liberis Legitima (triens vel semissis *N. 18. c. 1.*) in supplementum ex reliqua substantiæ parte aliquid alienare, citra fraudem tamen, benigne permissum est. *d. N. 39. c. 1. l. 22. §. 4. ad SC. Trebell. quæ quasi Seminarium est d. Novella, uti vocat Rittershus. d. loc. num. 10. f. add. C. A. de legat. d. 47. f.* Nec hoc jure Canonico, quo duplex detractio conceditur *cap. Raynutius 16. § c. Raynaldus 18. extr. de testament. sublatum est. Rittershus. d. loc. cap. 11. n. 8.* cum possit etiam duplex illa detractio non sufficere. *Sichard. d. loc. n. 26.* Præterea elegantissimas hac de re quæstiones exponit Angel. Mattheac. *d. loc. num. 5. § seqq.* quas ego lubens prætereo, disputationis artificium non in cumulandis quæstionibus, nec in allegationibus plurimorum authorum æstimans.

An vero absolute rogatus sit, quicquid relictum est, restituere. *N. 39.*

11. Interim tamen disputandi occasionem, quam unice præsens scriptura quærit, poterit præbere quæstio illa conflictu Doctorum celeberrima, An Liberi in Conditione positi, etiam intelligantur vocati. *h. e.* An, si quis sub conditione illa frequentiori, *Si sine Liberis decesserit,* fideicommissio subiciatur, Liberi autem nascantur, adeoque conditio deficiat, natis his, tanquam fideicommissariis, res affectæ sint, vel breviter. An Pater Liberis natis fideicommissio obstrictus sit, tanquam dispositivè vocatus? Effectum quæstionis non levis momenti quilibet intelliget. *v. Menoch. lib. 4. præsumpt. 76. num. 46. § seqq.* ubi novem hujus rei utilitates sive effectus recenset. Verior autem & communior, & receptior, etiam in Camera Imperiali, opinio est Negativa, attestante *Gail. lib. 2. O. 136. n. 18. Peregr. de fideic. Art. 28. pr. C. A. vol. 1. cons. 58. n. 4. & omn. Durant. de art. rebandit. 5. caut. 36.* Rationes cum legum autoritatibus sufficientes profert *Cujac. consult. 31. § 35.* ubi dicit, ex conjecturis ultimæ voluntatis eam rem decernendam decidendamq; esse: (confer ad hoc *C. A. vol. 2. Cons. 35. n. 4. § seqq.*) cæterum, deficientibus conjecturis, negandum & pernegandum esse, eos, qui sunt in Conditione, esse in dispositione. Idem statuit *Bachov. ad Treutl. vol. 2. d. 11. §. 3. lit. d. Vers. illud difficile:* cui in totum hac in parte consentimus, per hos præcipue textus *in l. r. C. de pact.* ubi aliâs in præjudicium Liberos non potuisset Pater gravatus de fideicommissio pacisci. *l. 6. pr. C. ad SC. Trebell.* ubi diversa sunt, si quis, *si sine Liberis decesserit, §. Si ipsis Liberis,* rogatus sit restituere. *add l. 8. ff. si quis omiss. caus. testam. l. 19. ff. de hered. instituend.* Atque hæc de Tacita alienationis prohibitione.

Quæstio Exercitij causâ adnexa, An Liberi in conditione positi intelligantur Vocati?

12. Aliquando Expressa à Testatore prohibitio adjungitur, *v. Rittersh. p. 6. Nov. c. 12. pr.* ne extra familiam, cujus dignitate ac splendore nomen ejus immortalitati consecratur, res transferantur: quamvis & hoc fideicommissum sit; fami-

Vel Expressè restator instituit;

quod dicitur
alienationem.
l. 77. §. 24.
de leg. 2.

Notata se-
orsim de
spu alic-
natione,

Et de Pro-
hibitione,

Q.

Ejusque
effectum
Consentaneum
qui respicit
personas
vel
in Familia.

lit, familiae sc. & dicatur in l. 114. §. 15. de legat. 1. Et in preced. §. in fin. ubi Glossa: l. 78. §. 3. de leg. 2. l. 77. §. 27. l. 32. §. 6. eod. Vel ita specialius, Ne testamentum fiat, l. 74. pr. ff. ad Sc. Trebell. ubi & eo ipso inductum intelligitur fideicommissum: & concilianda est l. 77. §. 24. de legat. 2. ex Pac. 6. Enant. 17. add. Cardin. Mant. de conjectur. ultim. volunt. lib. 8. r. 1. n. 12. Et 29. Namque & privatus prohibere potest testari de sua pecunia, quam reliquit d. l. 74. Angel. Matth. de legat. Et fideicommiss. lib. 1. cap. 25. n. 7. Sicut & jubere potest l. 17. §. 2. ad Sc. Trebell. l. 114. §. 6. de legat. 1.

13. Caterum notandum aliquid est circa Subjectum & Prædicatum. Subjectum voco Alienationem, quæ non tantum omnes actus, per quos dominium transfertur, sub se complectitur l. 1. C. de fund. dot. al. sed & ususfructus dationem, impositionem servitutis, & hypothecam, vel pignoris nexum l. ult. C. de reb. alien. Non item Locationem: Hinc prohibitus alienare, potest rem locare, & pensiones creditori suo, quamvis extraneo, delegare, ut in l. 88. §. 15. de legat. 2. Coll. Arg. locat. cond. §. 5. num. 1. Et de legat. Et fideicommiss. §. 60. pr. Bocer. class. 2. d. 4. §. 18. Prædicatum consistit in Prohibitione à Testatore facta. Vbi animadvertendum, veræ validæque prohibitioni opponi Nudum Præceptum, cui causa nulla adjecta est, nec expresse, nec tacite l. 114. §. 14. de leg. 1. quod exemplis declarat Sichard. ad l. 11. C. de fideicommiss. Mantica de conjectur. ultim. volunt. lib. 6. r. 12. n. 8. Coll. Jur. Arg. de legat. Et fideicommiss. §. 29. in fin. Hujus nullus effectus est l. 38. §. 4. de leg. 3. l. 93. pr. eod. Illius insignis est, ac tantus, quantum ipsius testamenti ac voluntatis domini in re propria l. 21. C. mand. §. 41. l. de R. D. An vero prohibitio alienationis inducat fideicommissum simplex & absolutum, an in casu duntaxat alienationis, maxima est inter Dd. contentio, quos allegatos vide à Mantica de Conjectur. ultim. volunt. lib. 6. r. 14. n. 24. Et seqq. Fachin. lib. 4. Controv. 49. Verior tamen & cum mente testatoris convenientior sententia est, simpliciter & absolute fideicommissum induci post mortem eorum, qui sunt prohibiti alienare, tametsi non fecerint contra prohibitionem. Consentit Mantica & Fach. dd. II. Revera enim causa illa adjecta, quia volo in familia remanere, duo infert, (1.) confirmat prohibitionem, ne nuda sit, (2.) Mentem testatoris declarat, fideicommittere familiae volentis.

14. Porro de Effectu ipsius prohibitionis, sive Consentaneo, sive Dissentaneo, breviter videbimus. Consentaneus effectus respicit personas vel in Familia, vel extra Familiam. In Familia personarum, quales etiã sunt filiarum Gloss. ad l. 4. C. de fideicommiss. fratres & sorores, capaces sunt rerum alienari prohibitarum d. l. 4. Namque in personarum, non contractus, qualitate istius Constitutionis ratio quaerenda est, cum & donare non possit, qui alienare prohibitus est, fac. l. 94. de leg. 3. Sane vocabulum Familiae largius accipitur, adeo, ut ad fideicommissum familiae relictum non solum Masculi, sed & foeminae, nec descendentes solum, sed & alii conjuncti admittantur. Mantica de conjectur. ultim. volunt. lib. 8. r. 12. n. 8. Et seqq. Coll. Arg. de legat. Et fideicommiss. §. 59. & omnes sane, qui de nomine defuncti sunt l. 32. §. ult. de leg. 2. etiam Collaterales; Non vero Naturales, nisi legitimentur. Mantica d. loc. n. 28. aut nisi testator eos saltem in defectum legitimæ proles velit admitti. Ioh. Dil. Durant. de art. testand. rit. §. caus. 33. Præterea de filiabus & ex iis prognatis vide Mantica d. loc. Vincent. Fusar. cons. 13. quos excludi verum est, si ex certioribus conjecturis appareat, Agnationi testatorem voluisse imprimis providere. Cravett. cons. 180. n. 1. Et cons. 584. n. 11. Mantica d. loc. n. 9. Durant. d. §. 5. caus. 22. quæ per foeminas non conservatur l. 195. §. 5. Et l. seq. §. 1. de V. S.

15. Per-

15. Personæ vero extra Familiam ab horum bonorum acquisitione, sive ea per contractus inter vivos, sive per ultimas voluntates contingat l. 69. §. 3. de legat. 2. Sichard. ad l. 11. C. de fideic. n. 10. Gloss. ad l. 8. §. 2. C. de secund. nupt. Angel. Mattheac. de legat. C. fideic. lib. 1. cap. 25. remotissimæ habentur. l. 114. §. 15. de legat. 1. Vnde remedium revocationis per legitimas actiones §. l. ult. §. 2. 3. C. commun. de legat. competit illis, qui sunt de familia, actionemque hi ex primo testamento, quo fideicommissum familiæ relictum est, instituunt. fac. l. 67. pr. §. 5. de legat. 2. l. 114. parag. 16. de legat. 1. ubi Exheredati in paterno testamento petere ac persequi fideicommissum possunt extraneo legatum, ex avito scilicet elogio jus habentes: ad quod eleganter facit n. 31. C. 32. apud Mantic. d. loc. Imo instituti instar æris alieni deducere possunt fideicommissum l. 54. ad L. Falcid. l. 8. C. eod. Et competit quidem hoc remedium gradatim; primùm iis, qui nominati sunt l. 32. §. 6. de leg. 2. secundò propinquioribus, nisi specialiter defunctus ad ultérieures voluntatem suam extenderit d. l. etiam emancipatis liberis l. 69. §. ult. de legat. 2. l. 114. §. 16. de legat. 1. add. Ostermann. in rational. ad §. 3. l. de legitim. agnat. tutel. Proximiores tamen cæteris sequentibus cavere tenentur de domo familiæ restituenda d. l. 69. §. 3. de legat. 2. add. l. ult. C. de V. S. ubi Gothofr. Et sane generaliter dicendum, successionem in fideicommissis secundum ordinem successionis ab intestato fieri. Rittershus. p. 6. Nov. c. 13. n. fin. Sichard. ad l. 11. C. de fideicommiss. n. 4. v. omn. Cardin. Mantic. d. lib. 8. t. 12. n. 3. C. seqq. Porro sine ullo præscriptionis obstaculo adversus quemcunque possessorem extraneum idem remedium competit. l. ult. §. 3. C. commun. de legat. l. 2. Cod. pro emptor.

Vel
Extra fam-
iliam.
in has alie-
nata revo-
cari possunt
à personis
in familia.

gradatim
vocati.

Sine ullo
præscriptio-
nis obsta-
culo.

tum
Dissentane-
neo,
quem
perspicere
licet
C
in ipso Te-
statore.

16. Insuper Dissentaneum Effectum, per quem etiam Extra Familiam alienatio admittitur, licet perspicere vel in ipso Testatore, prohibitionis auctore, vel extra Eum. ¶ In ipso Testatore: Namque onus vel vis prohibitionis non porrigitur ad liberos eorum, quibus interdicta est alienatio, quique fideicommissio gravati sunt, h. e. Si testator interdixit filiis suis extra familiam alienationem, iussitque sine liberis decedentem partem suam coheredibus restituere; tum natis liberis prohibitio cessat, & Nepotes, (quorum gratiâ tantum videtur prohibitio facta) possunt bona avita extra familiam alienare. Nov. 159. c. 1. ubi Rittershus. p. 6. cap. 12. n. 4. quod Doctores restringunt ad illum casum, quo testator propria nomina filiorum expressit, uti factum est in d. N. Rittershus. d. loc. cap. 13. n. 4. Præterea prohibitio facta heredi scripto, non intelligitur facta heredis heredi. arg. l. 8. §. 1. de vulg. C. pupill. subst. Ioh. Dil. Durant. de art. testand. t. 8. caut. 2. n. 3. Conf. Arg. vol. 2. conf. 49. n. 77.

C Extra
eum,
ratione vel
Causa, de
qua C. Posi-
tude, ubi
1. De causa
Æris alie-
ni,
tum
Veri

17. Extra ipsum Testatorem dissentaneus effectus cognoscitur, vel ratione causæ, vel personarum. De causâ agendum & positive & remotive. Namq; in Positione dicendum, Causas tum Æris alieni, tum Acquisitionis per redemptionem facere alienationi extra familiam locum.

18. Æs alienum dicam aliud Verum, aliud Quasi. Verum h. e. ex contractibus constitutum, & exactioni per Civiles actiones obnoxium, iterum duplex est, vel ipsius Testatoris, vel Heredis. Cujac. 15. Obs. 5. Coll. Arg. de legat. C. fideic. d. 60. in fin. vers. secus si C. c. Propter creditores Heredis alienatio facta post mortem ejus revocari potest, cum tamdiu apud Emptorem Extraneum fundus maneat, quamdiu maneret apud heredem bonis non venditis l. 69. §. 1. de leg. 1. Gail. 2. O. 137. n. 4. Fachin. 4. Controv. 50. Propter Creditores vero Testatoris alienatio necessariò suscipienda extinguit fideicommissum l. 114. §. 14. de legat. 1. ibi, sed hac

D neque

neq; creditoribus, neq; fisco fraudi esse. l. 38. pr. de leg. 3. Valsq. illustr. Controv. lib. 3. c. 90. n. 12. Modo non alia superiunt bona. Carpz p. 1. jurisp. for. Const. 28. def. 70. n. 4. Gail. d. loc. add. l. 78. §. ult. de leg. 3. ex qua constat, posse rem alienari prohibitam vendi distrahiq; à creditore jure pignoris: Alioquin facillimus modus hic esset liberationis ab ære alieno consequendæ, quem præ fuga multi essent electuri, si per similem prohibitionem, ne res extra familiam alienentur, lædi possent Creditorum jura.

tum
Quasi.

2.
De causa
acquisitio-
nis per re-
demptio-
nem.

Et
Remotæ.

Vel
ratione Per-
sonarum,
sive
Consentien-
tium,

sive
Deficien-
tium, Fini-
tur enim
familiæ ter-
mino Vel
Naturali.
Vel Civili.

19. Cæterum quasi Æs alienum liceat dotem & donationem propter nuptias appellare cum Rittershusio p. 6. Nov. c. 9. n. 10. Sichard. ad t. C. commun. de legat. n. 20. fac. l. ult. C. de dot. promiss. l. 22. §. 4. ad SC. Trebell. l. 6. ff. de Colo. lat. Earum privilegium, ubiq; maximum, facit, ut & ultra portionem legitimam, si ea non sufficiat, possit aliquid deduci de bonis alienari prohibitis. N. 39. c. 1. ubi Glossa in verbo, se non suffecerit. Pac. in anal. C. de fideic. §. 30. Rittersh. d. part. c. 11. n. 2. Sichard. ad d. t. C. n. 24. Angel. Mattheac. de legat. §. fideic. lib. 4. c. 4. n. 15. in fin. §. Ob causam acquisitionis per redemptionem cessat etiam interdum prohibitio, isto nimirum casu, quo ex emptione, donatione, vel legato alter ex familia ab altero rem accepit: tum enim poterit is extra familiam eandem alienare l. 38. §. 5. de leg. 3. Pac. d. loc. §. 27. n. 2. Gloss. ad d. l. & Dn. Gothof. in not.

20. In Remotiva tandem consideratione occurrit causa Falcidie (quo nomine passim in jure Civili Trebellianica etiam venit C. A. ad L. Falcid. §. 3. n. 4.) cujus detractio locum penitus non habet in re alienari prohibita. N. 119. c. 11. ex qua Anth. Sed Et in eare. C. ad L. Falcid. desumpta est, quam eleganter declarant Argentor. Vol. 1. cons. 94. n. 9. Et seqq. Et apparet hinc insignis differrentia inter prohibitionem alienationis expressam & tacitam; Gloss. ad d. N. c. 11. lit. p. Cæterum intelligendum hoc est quoad Extraneas personas, quibus sola lege, nullo Naturæ suffragio, quarta deberur. Eorum enim, qui de inofficioso agere possunt, portio fideicommissio gravari l. 32. C. de inoffic. testam. aut prohiberi nequit & præter supr. allegat. in Art. 5. §. 8. f. Bachov. ad Treuth. 2. 14. 10. Bi Hucusque de Causa.

21. Personarum respectu etiam aliqua exceptio adjungenda est; Namq; illæ vel Consentientes, vel deficientes vim prohibitionis effectumq; destruunt. Et quidem si omnes in Familia consentiunt, res etiam extra Familiam alienari poterit. l. 11. C. de fideicomm. ubi Sichard. l. 120. §. 1. de legat. 1. Nov. 159. c. 3. in medi. Qui tamen consensus viventibus tantum tempore alienationis præjudicat, non item liberis eorum, qui nondum in rerum natura existentes, consentire non poterant: Namque non dubito, hos postea prognatos proprio jure, per aliorum patientium conventiones nequaquam ablato, recte usuros, remq; extra familiam alienatam rursus in familiam vindicatuos: unde Sichard. ad d. l. 11. n. 5. dicit; non esse satis tutum, ab aliquo emere rem prohibitam alienari extra familiam, etiamsi omnes de familia consentiant. Add. Peregrin. de fideic. Art. 22. n. 75.

22. Præterea ratione Deficientium Personarum, quando Familiæ finis imminet, cessat prohibitionis effectus. Finitur autem Familia vel termino Naturali, vel Civili. Illum si Familia sic adeptæ fuerit, ut unus tantum adhuc super sit, tum poterit ille, cessante nimirum prohibitionis causa, ad extraneos valide rem transferre. l. 78. §. 3. de legat. 2. l. 2. quand. dies legat. l. 77. §. 27. in fin. de legat. 2. Civilem vero terminum Imperator Justinianus in N. 139. posuit in quarta generatione vel quarto gradu, in quo sunt Abnepotes. Cujac. consult. 35. Namq; hucusque voluit prohibitionem indefinite conceptam extendi, ut post quartum gradum.

dum res possit alienari. Rittershus. p. 6. Nov. c. 12. n. 4. & omn. Claud. Chiffet. de jur. fideicommiss. lib. 4. c. 2. circ. fin. quod Doctores limitant, nec in eo casu admittunt, sed perpetuo interdictam alienationem volunt, quo mentem suam sic elocutus est testator, se velle bona perpetuo manere penes suos descendentes. Rittershus. d. part. c. 13. n. 4. Conf. Arg. vol. 2. Conf. 49. n. 66. Dilect. Durant. de arr. testand. t. 8. caut. 2. Mantica de conjectur. ultim. volunt. lib. 8. r. 12. n. 46.

23. Atqui in hac ipsa Novella expresse addita est vox, Perpetuo; Vnde ne cum ipsis Doctoribus, nimium aliquando suis opinionibus, relicto fonte, indulgentibus, vel hac de re ambigendum, vel distinguendum sit inter Familiam & Descendentes: dicendumque, Familix nomen non extendi ultra quartum gradum, Descendentium vero in infinitum porrigi. Mantica d. loc. & Dd. à Peregrino allegati in tract. de fideicom. Art. 30. n. 13. aliter hanc ipsam Novellam 159. de qua remissive agit Coll. Arg. de legat. & fideicom. d. 61. interpretabimur: Præsertim cum Familix nomine Descendentes etiam veniant. l. ult. C. de V. S. & ulteriores quoque comprehendat l. 195. §. 2. ff. de V. S. C. A. d. loc. & verbum, Perpetuo, in infinitum extensionem significet. l. 33. de S. P. V. l. 5. §. 6. de dol. mul. & met. except. v. Peregrin. d. loc. n. 15. durumque sit, expressam & indubitam testatoris voluntatem restringere ad quartum gradum. Coll. Arg. d. d. 61. Revera enim putamus, casum in d. Nov. specialem esse, certis conditionibus circumscriptum, extra quas si fideicommissum familix relictum ponatur, statuendum est, illud perpetuo etiam ultra quartam generationem durare. Cujac. ad d. Nov. ibi, qua est summa hujus Novella, non temere extendenda ad omnes species, quanquam eidem videatur, Tribonianum pecunia corruptum hanc Novellam composuisse. Licebit autem eas conditiones ex ipsis verbis constitutionis facili negotio colligere. Præcipua mihi videtur in c. 3. d. Nov. quam & conventæ mulieres objiciebant, in fin. præfat. d. Nov. Scilicet, quod ipsi Hierii Senioris filii, inter quos Alexander etiam erat, litis motæ actor, res extra familiam contra Testatoris præcepta alienaverint; inde enim concludit Imperator, consensisse eos reliquorum quoque alienationibus, legemque semel neglectam non posse in aliorum personis exacte urgeri: fac. omn. l. 77. §. 27. de legat. 2. Rittershus. d. p. 6. N. c. 12. pag. 366. in med. Concurrunt adhuc aliæ rationes, priorem illam, per se aliàs validam, optime confirmantes, omnemque prætextum excusationis remoyentes (1.) quod obsoleta jam causa sit, quatuorque generationes præcesserint. c. 2. d. N. vers. quod autem. (2.) quod Mulieres illæ, cum quibus lis erat, à Legibus quoque in familiam reponantur d. N. c. 2. l. ult. C. de V. S. Cujac. 28. obs. 2. (3.) quod ultimus in quarta generatione defunctus sit impubes. d. c. 2. ibi, & maxime cum Constantis filia in pupillari adhuc ætate sit amiserit &c. & iterum in c. 3. ibi, & ultimus heredum per intervenientem aliquem in medio impuberem hereditatem capessat &c. In qua ratione Imperatoris verbis expressa subsistendum est, nec nimis subtiliter ea res examinanda. Adponam verba notabilia Angeli Mattheacii, qui lib. 2. de legat. & fideic. c. 8. diligenter hanc Novellam explicat. Mirabar, inquit ille, Peregrini solertiam, mirabar præclarum Mantice ingenii acumen & maximas animi dotes, quæ ipsum ex Gymnasio Patavino ad summam Cardinalatus dignitatem jure optimo evexerunt. Verum ad tantam quæstionem (scilicet circa hanc Nov. 159.) tum ipsi ambo, tum reliqui fere omnes antiquissimi & novissimi, quo se vertant, nesciunt, & quasi labyrintho involuti errarunt. Causam tanti erroris eam fuisse arbitror, quod longam & perplexam Justiniani Novellam non legerint, sed Italorum more inanes hominum opiniones & vana eorum

Nov. 159.

Angeli
Mattheacii
Verba.

commentaria potius, quam limpidissimum Iurisprudentiæ fontem degustare maluerunt.

24. Tandem ex l. 122. §. 3. ff. de V. O. argumentoque ejus, ob rationis diversitatem, nullam exceptionem adduci posse, quâ scil. alienatio extra familiam locum haberet, verissime Sichardus defendit ad l. 11. C. de fideic. n. fin. § Hucusq; de rebus fideicommissis subjectis, bonisq; Majoratus, uti communiter vocantur, h. e. de Articulo juris & utilissimo, & difficillimo, & amplissimo v. Gail. 2. O. 137. pr. Claud. Chiflet. de jur. fideic. in pras. quem in compendium sic redigere laboravi, dixisse sufficiat.

ARTICULUS VII.

Claudit seriem eorum, qui plenum jus non habent, Vasallosque negat testari posse de Feudis.

Plenū jus
5.
non habent
Vasalli,
ac testari
nō possunt.

1. **S**uper sunt adhuc quinto loco Vasalli, quos in exemplum duco eorum, qui Seti domini rerum sint utiles (liceat enim mihi secundum communem loquendi rationem voce Domini in tantum abuti v. C. A. de A. R. D. §. 5. n. 3. in fin.) nihilominus jus ita restrictum habent, ut testari non possint. Vasalli enim de Feudis ob primæ acquisitionis conditionem nil quicquam disponere possunt, sed coguntur bona feudalia illis intacta relinquere ac integra, quos ipsa lex, primæ investituræ tenor successores constituit. 1. F. 8. pr. ibi, nulla ordinatione defuncti in feudo manente, vel valente. Condicio autem illa primæ acquisitionis, de qua cœpi dicere, in eo consistit, quod Dominus, Senior, Patronus hanc legē ab initio quasi dixerit, cum Vasallum investiret, ut ipse solus, & ejus descendentes heredesque feudum haberent. f. 2. F. 23. in fin. adeo, ut in potestate Vasalli non sit, jus alteri jam ex pacto, indulgentia, gratiaque primi investientis quæsitum auferre, per jura vulgaria: Glossa ad tit. de his, qui feud. dar. poss. §. cum vero Conradus, in Verb. Frater. Præterea & hoc accedit, quod feudum sit jus quoddam personæ cohærens, simile usufructui: Morte ergo feudatarii seu Vasalli finitur jus ejus circa feudum: v. Conf. Arg. vol. 1. conf. 30. n. 13. & conf. 36. n. 12. Iul. Clar. lib. 4. sentent. §. Feudum. q. 40. pr. Quamvis & respectu Domini ista ratio subsit, quod sicut omnis alienatio 2. F. 52. & 55. in contemptum ejus 2. F. 24. in fin. præjudiciumq; d. t. 52. pr. cessura, ita & hæc per testamentum facta sine ejus consensu fieri non possit.

ubi notāda
1.
Ampliationes.

2. At vero sunt quidam excepti casus, in quibus & Vasallis testandi facultas permissa est. Recensebimus eos, pro instituti ratione, in ordinem talem redactos, præmissis quibusdam Ampliationibus: (1.) ratione piæ causæ: Namque nec hujus sanctitas testamentum conservat Vasalli, non quidem ex odio causæ, quod nefas esset, sed ex natura feudi, cui alienatio omnimodo adversa est. 2. F. 9. §. 1. ubi judicare pro anima, est legare. Giph. in tract. de jur. feud. c. 2. num. 33. add. 2. F. 55. pr. ubi eadem phrasis usurpata. Conf. Arg. d. conf. 36. n. 10. ubi hæc verba. Und ist solches also scharpff in den Rechten disponirt vnd versehen/ daß ein Lehenmann auch seiner Seelen zu gut/ oder zu milten versehen von Lehen nichts vermachen mag. (2.) Ratione consensus domini: ille enim in feudo Antiquo nullum potest Agnatis præjudicium creare 2. F. 8. §. 3. f. 2. F. 39. cum possint jure successionis, Gothofr. Anton. disp. feud. 10. §. 1. (quod ex providentiâ Antecessorum & virtute investituræ ipsis acquisitum est. Gail. 2. O. 154. n. 2.) revocare feudum in remotiores vel extraneos alienatum. Anton. d. disp. 10. §. 4.

10. 0. 4. 5. 6. In feudo tamen Novo, accedente Domini consensu, dispositio valere potest. Anton. *disp. 9. 0. 4. lit. b.* & *disp. 10. 0. 4. lit. C.* ubi elegans ratio adposita. (3.) Ratione paternæ dispositionis: Cum nec inter Liberos de feudo testario valeat, nisi singuli iudicium patris adprobent. Anton. *disp. feud. 5. 0. 8. lit. a.* Quin & Scriba, seu Tabellio & Notarius sciens instrumentum super ordinatione Vasalli conficiens, infamia notatur, & officii amissione, manusque amputatione puni- tur. 2. F. 55. *pr. in fin.* Anton. *d. disp. 9. 0. 4. lit. f. in fin.*

3. Ipsæ vero Exceptiones cognosci possunt ratione juris vel Singularis, vel Communis. *Iure Singulari* i. e. Moribus ac consuetudine introducto, quale apud Gallos vigere testantur à Gothofr Anton. *disp. 9. 0. 4. lit. f.* allegati Duaren. *c. 12. n. 2. in fin.* Cujac. *ad t. 1. lib. 1. §. 1. 9. F.* facultatem testandi consequi possunt Vasalli. Anton. *d. loc. & disp. 5. 0. 8.* Cum nihil in feudis tam perpetuum sit, quod consuetudini non subjiatur. Argent. *vol. 1. conf. 36. n. 25.* Et, ut tradit Iohan. Faber. *in §. 1. in fin. n. 3. I. de R. D. & Dec. conf. 586. n. 4.* Feuda in Gallia sunt in- star bonorum hereditariorum sive Allodialium; & veluti Patrimonialia. add. omn. de aliis quoque locis Conf. Arg. *vol. 1. conf. 30. n. 9.* & de Germania n. 11. & Gothof. Anton. *disp. 1. 0. 8. lit. d.*


2.
Exceptio- nes petita ex jure tñ Singularis

4. *Iure Vero Communi* valet aliquando dispositio vel ratione Naturæ feudi, vel Cessantis Præjudicii. *Ex Natura feudi:* quod vel (1.) sic datur, ut sit absolute hereditarium, cujus forma dandi hæc communis est, *zum rechten Erb- leben für Erben/ vnd Erbnehmen.* add. præter Anton. *disp. feud. 1. 0. 8.* Ar- gentoratenses *d. conf. 36. n. 15.* Et tum in tantum dispositio per testamentum con- cessa est, ut instar rerum Allodialium ad quemvis, etiam in Investitura non no- minatum, transferri possit hoc feudum; utpote quod censetur esse pars quædam hereditatis. Anton. *d. loc. & disput. 5. 0. 8.* Gail. 2. O. 154. n. 12 & seqq. Argent. *d. conf. 36. n. 3.* Matth. Berlich. *p. 2. conclus. 55. n. 21.* ubi plures allegat. (2.) vel ita da- tur, ut ipse Vasallus & sui heredes, & cui ipse dederit, habeant. 2. F. 48. ex qua formula liberam, etiam sine voluntate domini, alienationem habent Vasalli. *d. t. 48. cap. un.* Kirchof. *cent. 2. conclus. 55. commun. opin.* Anton. *disput. 9. 0. 4. lit. c.* Referendum quoque huc est feudum Pignoratitium, (vulgo Pfandle- hen v. Anton. *disput. 1. 0. 7. lit. g.*) Namq; de jure pignoris, quod quis in feudo habet, testari omnino licet. Rosenth. *c. 7. conclus. 9. n. 2.* Anton. *disp. 5. 0. 8. in fin.* Et hæc de Natura feudorum.

tum Com- muni, Vel Ratione natura feudi

5. *Ratione cessantis præjudicii* testamenta aliquando jure fiunt, si vel il- li ipsi instituantur, quorum interest. *arg. 2. F. 3. c. 1. §. sed etiam res & c.* ubi FF. communiter. Vult. *lib. 1. feud. c. 9. n. 81.* vel consentiant in aliorum institutiones: In Antiquo quidem & Paterno Feudo consensus Agnatorum & Domini conjun- ctim requiritur: in Novo Feudo solius Domini consensus sufficit. Anton. *disp. feud. 5. 0. 8.* Inter Exceptiones autem non ponendum est illud, utpote à Regula prorsus alienum, quod Vasallus de fructibus perceptis aut mortis tempore perci- piendis testari possit: nec enim Feudalium rerum, sed Allodialium partes sunt. Coll. Arg. *qui testam. fac. poss. 0. 9. n. 6.* Carpzov. *p. 1. c. 5. d. 20. n. 4.* Atque ad hæc membra referri possunt universa fere prolixioris disputationis capita, quæ à Feudistis passim pertractata leguntur. Nostrium non est, singula explicare, sed sum- mis tantum lineis adumbrare. Inde brevitatis memor, quam sibi hæc proposuit disputatio, affinem de Emphyteutis, qui & ipsi utile dominium habent re- rum Emphyteutarum, Carpzov. *part. 1. c. 5. d. 20. num. 5.* Ampliff. Dn. D. Tabor *in tract. synopt. pag. 437. & 440. princ.* materiam nec attingam forte

Vel Ratione cessantis præjudicii.



impari stilo, nec pertractabo stilo forte prolixiori, quem paginae hujus angustia non est admissura.

ARTICULUS VIII.
& ultimus.

Per remotionem pleni quoad testandum juris possessores enumerat, ac ordine ostendit 1. Aëris alieni causam non impedire testandi arbitrium 2. nec societatem omnium bonorum 3. nec Conjugii societatem 4. nec nudam deducto usufructu proprietatem 5. nec Curatoris potestatem, cui subsunt Minores 6. nec prioris iam facti testamenti tabulas.

Testamenti
facultatem
nō impedit
1.

Aëris alieni
causa.
l. 1. pr. de li-
ber. leg.

Observatio
singularis
de obliga-
tione ex
actū ad-
ditionis here-
ditatis.

1. **A**rticulus hic uberrimæ ac utilissimæ meditationis membra proponit, sed indicanda ea tantum sunt brevissimo sermone. Nimirum ostensum hucusque est *per positionem*, quoniam illi sint, quos à Testamentorum usu repellit juris non pleni possessio. *Per remotionem* clarius evadet ista doctrina, si subjicientur quædam exempla eorum, qui plenum jus in rebus habent, ac per hoc liberam testandi facultatem, etsi videri possent primo intuitu non habere. Ut ecce 1. Creditorum exigendi jura, quibus scilicet non ipsæ res, sed persona obligata est, non auferunt Debitoribus testandi arbitrium; Sunt enim adhuc Domini rerum, in quibus jus ad Rem, sed non in Re competit creditoribus; elegant. text. in l. 1. pr. de liber. legat. (quam accurate & notabiliter explicat Ampliff. Dn. D. Tabor in tract. synopt. p. 466. & seqq.) & in l. 34. pr. de aur. arg. legat. Imo etsi solvendo non sint debitores, testamentum tamen facere possunt. §. 1. & 2. loquib. ex caus. manum. non licet. l. 83. pr. ubi Gothof. & §. 1. ff. de hered. inst. l. 88. eod. fac. l. 8. de acquir. hered. l. 3. pr. ad L. Falcid. l. 68. ad Sc. Trebell. v. Carpzov. p. 2. Const. 12. def. 26. n. 2. Nec ullum hac in re præjudicium Creditorum vertitur, quorum causa semper prior est ante ipsam testamenti executionem: Etenim etsi exiguus sit hereditatis census l. ult. §. 14. in med. C. de jur. deliber. aut præter debita nihil aliud damnosa hereditas habeat, successor tamen in universum jus defuncti h. e. heres institutus, adiens hereditatem, ad omne æs alienum exsolvendum per q. contractum aditionis hereditatis, proxime obligatur. d. l. 8. de A. H. l. 33. ff. solut. matrim. l. 10. C. de jur. de liber. l. 16. C. ad L. Falcid. Dixi, Proxime: Namque remota obligationis causa est idem Contractus, negotiumque, ab ipso defuncto cum creditoribus gestum. Ampliff. Dn. D. Tabor in diss. Elem. p. 3. sect. 4. ex d. 54. Et est hujus respectu accurata distinctio inter Creditores & Legatarios. Cum illis heres contrahit novam personam offerendo, remote quidem ex defuncti contractibus, proxime tamen & accessorie ex nova Aditionis causa obligatâ. v. eundem Vir. Ampl. Dn. D. Tabor. cum honoris titulo semper nominaduna in prælect. ad tit. 1. lib. 6. C. & fil. Ariadn. tab. 5. Cum his autem, Legatariis scilicet, contrahit heres, novam prorsus causam obligationis, per hunc quasi contractum, inducendo. §. 5. l. de obligat. qua quas. ex contr. l. 3. §. ult. l. 4. ff. quib. ex caus. in poss. eatur. Adeoque Aditio modus est implicitus & acquirendi & obligandi, per quem heres non tantum suum commodum quærit, & apprehendit
jus

ius Domini, sed & simul, tanquam factio aliquo non simplici, sed corresponsivo, & ex potestate juris, etiam aliis obligatur, per rationem *l. un. §. 4. C. de Caduc. tollend.* ¶ Locutus haftenus fui de Debitoribus personaliter tantum obligatis: Quippe de illis, qui bona sua vel generaliter vel specialiter obligata habent, certissimum verissimumque est, posse eos, utpote adhuc dominos *l. 9. C. de pign. act. l. 35. §. 1. ff. eod. §. 2. l. quib. alien. licet vel non.* ejusmodi bona per ultimas quoque voluntates alienare, cum suo tamen onere & causa. *l. un. C. rem alien. ger. non interdic. rer. suar. alien. l. 12. C. de distr. pign. l. 67. ff. de contrah. empt. l. 13. C. de donat. inter vir. & ux.* Et in primis de testandi facultate mentionem facit *l. 17. C. de administr. tutor.* ubi ratio dubitandi erat, quod tutorum bona tacite sint pupillis obligata per *l. 20. C. eod.* add. Gloss. ad *d. l. 17.* Porro de generali hypotheca, ex qua res singularis absque onere alienari nequit, vide *l. 8. in fin. C. de secund. nupt. l. 17. C. de distr. pign. l. 2. ff. qui potior in pign. §. omn. l. ult. C. de remiss. pign.* Causam vero pignoris vel hypothecae, rei alienatae ubique coherentem, persequi sibi; servare concessum est Creditoribus, si non possident, actione in Rem hypothecaria. *l. 14. 15. C. de pignor.* aut si possident, Exceptione pignoris adversus vindicantem novum dominum. *l. 9. C. de pignor. l. 10. C. de pign. act.*

2. Nec (II.) indivisa rei communitio, sive cum, sive sine societate §. 3. *l. de obligat. qua q. ex contr.* haec incidens à Doctoribus vocatur. *fac. l. 31. ff. pro socio.* ita aliquem constringit, ut nequeat, cum jam facti munus implendum est, testari, pro sua scilicet parte. *l. 1. C. qui testam. fac. poss.* ubi Sichard. num. 2. add. Coll. Arg. *d. r. §. 9. n. 4. in fin. Pac. in anal. Cod. eod. n. 10. Dauth. de testament. p. 226. n. 260. Conf. Arg. vol. 1. conf. 65. n. 6.* Certi quippe juris est, societatem morte solvi ac finire. §. 5. *l. de societ. l. 4. ff. eod.* Sichard. *d. loc. in fin.* & in communitioe semper partem, sensu quidem ac corpore indivisam, mente vero & intellectu divisam *l. 5. pr. de stipul. servor. Gothofr. ad l. 6. §. 1. Commun. pradior. lit. l. salvam esse cuique ac integram. r. r. C. de commun. rer. alienat.*

3. (III.) Conjugii quoque, societas (ita vocatur in *l. 4. C. expilat. hered. l. 1. ff. de action. rer. amor. l. 52. de re judic. l. 1. de R. N.*) videri posset nonnihil restringere testandi facultatem, cum donationes inter virum & uxorem prohibitae sint, mutuamque, amorem & concordiam non pretio conciliare deceat, & pecuniariis artibus, sed animorum affectuumque sinceritate. *l. 1. §. 3. pr. ff. de donat. int. vir. & ux.* Atqui donationes sunt, quae per ultimas voluntates, instituendo legandoque, conferuntur. Verum haec ipsae donationes in tempus mortis h. e. soluti matrimonii rejectae tantam de sese suspensionem non praebent, quantam inter vivos donationes, plenum usum viventibus iam conjugibus praestantes, inde mortis causa donationes receptae sunt. *l. 9. §. 2. l. 10. 11. ff. d. r. & quae divortii causa fiunt l. 60. §. 1. eod. d. l. 11. §. fin. Wel. in w. ff. d. r. n. 4. f.* Imo & donationes inter vivos factae & traditae, Morte donantis confirmantur. *l. 1. §. 12. 14. C. eod.* ubi C. A. d. 7. Sane textus est expressus in *l. 3. ff. solut. matrim.* quod alter ex Conjugibus alterum durante matrimonio heredem instituere possit, per illa verba, *Eodem marito suo herede relicto.* add. *l. ult. ff. C. si quis aliq. testat. prohib. l. fin. C. de instr. & substit. l. 1. §. 6. de hered. instr. l. 13. pr. de liber. & posth.* De legato probant *l. 33. de leg. 3. cap. 1. de testam. in 6. & passim. Petr. Peckius de testam. Conjug. lib. 1. cap. 1. n. 3. Conf. Argent. vol. 1. conf. 60. n. 34. & vol. 2. conf. 69. n. 1.* Et frequentia quoque hodie sunt Reciproca Conjugum testamenta (licet Romani ob crebra divortia rarius ea usurpabant) quibus, etiam in una membrana Gail 2. observ. 117. Wel. in w. qui testam. fac. poss. n. fin. vel absolute sese invicem heredes scribunt, vel ea

De bonis obligatis sive generali sive speciali hypotheca.

l. 17. C. de administr. tut.

2. Nec Communitio vel Societas omnium bonorum.

3. Nec Conjugii Societas.

Hinc Conjuges jure civili sese invicem heredes instituere possunt.

De Reciproca Conjugum testamentis.

De Pactis
inter cōju-
ges mutua
succesio-
nis.

vel ea conditione adjecta, ut post utriusque mortem bona ad heredes ex utraque parte jure fideicommissi perveniant. Carpzov. p. 3. *Const. 7. def. 18.* De horum testamentorum validitate, pariter & revocandi, retractandique jure accurate pluribusegit Ampliff. Ictus Dn. D. Tabor, Patronus meus æternum venerandus in *benedict. syllog. 1. bened. 8. 9. 10.* Quin & pacta mutue successionis inter virum & uxorem facta in eum casum, si alter absque liberis præmoriatur, licita nostris moribus habentur. Mynsing. 2. *Obs. 33.* Gail. 2. *O. 126.* Ampliff. Dn. D. Biccus, Patronus & Cognatus meus pie colendus in *præloq. Aureor. in fin. lit. W.* Dixi, Moribus: ad differentiam, quod Reciproca testamenta aliunde, nimirum ex ipsius iuris Civilis scripti analogia l. 26. ff. *de mort. caus. donat. d. syllog. 1. bened. 8. §. 2. & seqq.* fundamentum habeant, deinde quod jure Civili scripto firmiter constitutum sit, hereditatem nec pactis dari posse l. 15. 19. *C. de pact.* ubi Milites excipiuntur; sed testamento tantum Extraneis, Suis autem & sanguine junctis vel testamento vel ab intestato eandem obvenire l. 5. *C. de pact. convent.* nec adimi quoque pactis posse l. 3. *C. de Collat. l. ult. ff. de suis & legit.* vid. tamen quoad ademptionem in jure Canonico c. 2. ubi Dd. *de pact. in 6. Pac. in anal. C. de Collat. §. 14.* Rittershus. *de differ. jur. Civ. & Canon. lib. 3. c. 3. & 5. Coll. Argent. de pact. §. 47.* Gail. 2. *obs. 147.*

De singula-
ri quoad
Conjuges
statuto in
Repub. Ar-
gent.

4. Præterea singulari Reipublicæ Patriæ Argentoratensis statuto conjugibus permillum non est, constante matrimonio sese invicem heredes testamento nominare, aut proprietatem bonorum alteri relinquere. Statr. sub Rubr. *Mann vnd Weib mögen ihr Gut einander nicht geben in eigenschafft weise.* & alibi, sub Rubr. *Ehegemächt geben einander nichts zu eigen:* (sequitur) *Allein zu Widem: Welches dem andern sein Gut gebe/ die Giff solle nicht gelten/ in was wege das geschehe.* Germanica vox Antiquior est *Giff* pro *Gabe*. Ampliff. Dn. D. Tabor in *tract. synopt. p. 192.* Similia statuta recenset Choppinus *de Morib. Paris. lib. 2. r. 2. pag. 218. r. 3. pag. 247. 248. r. 4. pag. 290.* Christinæus in *statut. Mech. lib. 17. Art. 2. & 3. pag. 856.* Rationes autem, unde valere ejusmodi statuta dicenda sunt, exponit Petr. Peckius *de testament. conjug. lib. 4. cap. 1. n. 3.* Christin. *dict. loc. Scip. Gentil. lib. 4. de donat. int. vir. & uxor.* Solum ergo usufructum, in amoris conjugalis testimonium, zu *Ergötzlichkeit* ut loquuntur, *ehelicher Treu vnd Lieb* vel in omnibus bonis, vel certa eorum parte constituere possunt Argentoratenses conjuges: aut si de proprietate adsignanda solliciti sint, curandum illis est, juxta communem apud Nos observantiam, ut vel in pactis dotalibus, ante secutas nuptias, ea res rite perfecteque disponatur (nec enim reservatio sola sufficeret, *Conf. Argent. Vol. 2. conf. 69. n. 4.*) vel secutis jam nuptiis, specialis permissio Magistratus impetretur, quam justis ex causis, forte si nulli liberi adsint v. *Conf. Argent. d. loc. n. 3.* Civibus haud denegari, præjudicia plura demonstrant: Quanquam & hoc remedium esse possit consequendæ proprietatis, per viam scilicet obliquam, si ex conjugis superstitis secundis nuptiis nascituri liberi instituantur, legative titulo iis aliquid relinquatur: Cujusmodi institutiones frequentes apud Nos sunt nec juri, nec statuto Municipali contraria: sicuti accurate probat Ampliff. Dn. D. Tabor in *d. syllog. 1. bened. 1.*

4.
Nec Nuda
deducto us-
ufructu
proprietatis.

5. Pergo ad quartum genus eorum, qui nudam deducto usufructu proprietatem habent. Equidem indubitatum omnino est, usufructuarium de suo jure, quod Personale est, non tantum qualitative, sed & determinative. idem Dn. D. Tabor in *disp. de immun. Real. locis & adif. inhar. c. 3.* adeoq; cum persona

bona finitur, §. 3. l. de usufr. l. 3. §. 3. quib. mod. usufr. amitt. testari nequaquam posse. l. 24. §. 1. de legat. 1. l. 20. C. de legat. At vero is, qui nudæ proprietatis dominus est §. ult. l. de usufr. non impeditur jus suum quocumq; modo ad alium transferre: nec enim sic de usufructu quid decedit, nec usufructuarii conditio deterior redditur. fac. l. 17. §. 2. de usufr. l. 15. quib. mod. usufr. amitt. C. omn. l. 2. C. de usufr. ubi Sichard. l. 120. pr. de legat. 1. Eritque illud jus translatum non prorsus sine commodo, cum certa spes sit, reversurum aliquando, facta consolidatione, usufructum ad proprietatem. §. 1. C. ult. l. de usufr. Quin &, quod majus est, nudæ proprietatis dominus ipsum usufructum, ob eandem consolidationis futuræ spem, legare potest. l. 72. ff. de usufr. Id, quod valde singulare censendum, ut quod nostrum non est (vel nondum est) transferre possimus ad alios. Paul. lib. singul. de jure singulari in l. 63. ff. eod. ubi Da. Gothofr. in nos. fac. §. 7. l. de legat. l. 24. pr. de leg. 1. l. 17. de leg. 3.

6. Cæterum ex l. ult. §. 5. C. filiisfam. C. de bon. qua liber. dices, exemplum ibidem proponi, quo filiisfam. nudæ proprietatis dominis, concessum non est, proprietatem, sive testando, sive vendendo alienare, aut hypothecæ titulo assignare. Verum ex subjectis in d. l. ult. §. 5. duabus rationibus manifestissimum est, singulare hoc exemplum constitutum esse in filiisfamiliâs: partim ne juvenili calore ac cupidine moti patrimonium perderent, partim ne erga Parentes, alimentra subministrantes, ingrati essent, graviolemque usufructûs causam ipsis redderent, dum non tantum spes successionis in re illa alienata aufertur, sed & durior dominus substituitur, qui cautionem, quam Parentes filiis præstare non tenentur. l. 6. §. 2. l. 8. §. 4. in fin. C. de bon. qua liber. Gail. 2. O. 145. n. 13. Coll. Arg. usufruct. quemadmod. caveat. §. 3. ab usufructuario moleste exigat. add. Sichard. ad l. 2. C. de usufr. n. 9. Sane extra has singulares causas, quo minus alius h. est, qui non est filiisfam. jus suæ proprietatis alienare possit, & de eo pro libitu disponere, nec ego video, nec alius forte viderit.

7. (V.) Curatoris quoque potestas itidem non impedit aufertque testandi facultatem Minoribus: Equidem illi, si semel non inviti §. 2. l. de Curator. Curatorum regimini se subjecerunt, jam sic liberam suarum rerum administrationem amittunt l. 1. §. fin. de Minor. ut absque eorum consensu non contrahere, nec alienare possint. l. 3. C. de in integr. restit. non absimiles his, quibus bonis interdictum est. d. l. 3. add. l. 10. prin. de Curat. furios. Nihilominus tamen, cum sint justæ ætatis homines l. 4. C. qui testam. fac. poss. sanoque intellectu (nam hoc ubique præsupponendum est) præditi, testari possunt sine Curatorum consensu, quem in ultimis voluntatibus condendis nihil proficere, jam supra dictum est. l. 20. §. 1. ff. de liberat. legat. ubi Gothofr. l. 77. §. 14. de legat. 2. Wel. in w. qui testam. fac. poss. in fin. C. de mort. caus. donat. n. 4. Ratio ergo sana & legitima ætas permittit testandi licentiam Minoribus, quam prodigis, quibus à Prætoribus bonis interdicitum est, morbus animi Wel. qui testam. fac. poss. n. 13. pr. Treutl. 2. 10 3. ac insani mores l. 1. de Curat. furios. auferunt: Nec enim in omnibus prorsus similes sunt. Coll. Arg. de Minor. §. 6. (quod ad d. l. 3. notandum est) sed differunt in ipsa causa interdictionis bonorum, quæ cum diversa sit, diversum quoque parit effectum. Sichard. ad d. l. 3. n. 7. De Mulieribus nil attinet multa proferre, quæ quidem in cura tutelaque Maritorum sunt, non tamen in eorum potestate. Wel. in w. qui test. fac. poss. n. fin. Atq; hinc rerum suarum dominæ, liberrimo arbitrio testamenta condere possunt. l. 5. d. t. C. pass. in jura. C. A. cod. l. 6. in fin. Matth. Berlich. p. 2. concl. 17. n. 97.

Obiectio
proposita.

Remora.

5.
Nec Curatoris potestas.

E

B. Præ.



Nec prioris
testamenti
tabula im-
pediunt re-
stari iterū
Solentem.

3. VI. Præterea per prioris testamenti tabulas non etiā plenum jus in bonis restringitur, nec aufertur testandi iterum potestas: cum nemo possit sibi hanc necessitatem, legemque imponere, ut à priorē voluntate ei recedere non liceat. l. 22. pr. de legat. 3. sed qualibet ultima voluntas ambulatoria & libera debeat relinqui. l. 32. §. 3. de donat. inter. vir. & uxor. l. 4. de adim. vel transfer. legat. Peregr. de fideicom. Art. 11. n. 77. in tantum, ut etsi quis ipsum Imperatorem heredem scripserit l. 6. 7. C. qui test. fac. poss. aut eidem testamentū precibus obtulerit. l. 19. C. de testam. aut clausulam Derogatoriam adjecerit, mutandi iudicii facultatem adhuc habeat. Carpzov. p. 3. jurisspr. for. Const. 5. def. 19. add. omn. Joh. Dil. Durant. de art. testand. tit. 10. Caut. 1. Hæc enim, contra jus publicum l. 3. ff. qui testam. fac. poss. nihil valente, prius testamentum per posterius rite ac solenniter confectum, ipso jure rumpitur. §. 2. l. quib. mod. testam. infirm. l. 27. C. de testam. Sed utrum sic demum, si expresse Clausula illa derogatoria priori testamento adjecta, in posteriori revocetur? Respondeo, sufficere claram perspicuamque posterioris voluntatis declarationem, eaque, quæ postea geruntur, prioribus ipso jure derogare, nec insuper requiri specialem expressamque revocationem. fac. l. 6. §. 2. ff. de jur. Codicill. l. ult. pr. de legat. 2. Conf. Argent. Sol. 2. conf. 49. n. 131. Nec obstat d. l. 22. pr. ibi, si specialiter dixerit. de legat. 3. cum l. 12. §. 3. & l. 14. de legat. 1. sicuti hæc ipsa per eruditas rationes pluribus demonstravit Ampliss. Ictus Dn. D. Tabor in disp. ad paratit. Wel. r. n. lib. 28. de testam. q. 10. Cæterum quod posterius testamentum perfectum esse debeat, legitimumque parag. 2. 7. l. quib. mod. testam. infirm. quodq; varix hinc inde exceptiones proferantur, non ego præsentī sermone disputabo, cum satis diligentor istam rem, præter alios, exposuerit C. A. de injust. rupt. irr. fact. test. d. 7. 8. 9.

Conclusio
prima par-
tis hujusdi-
sp. assis-
tio.

9. Finio nunc Examen Primæ Partis iudicii Testamentarii, de Legitimo Testatore. Et in summa concludo, in quolibet Testatore Coniunctim ista omnia requiri, quæcunque passim de integritate mentis, de iusto certoque statu, de bonorum possessione, h. e. de qualitate tum Externa, tum Interna (v. Bachov. ad Wesenb. in v. ff. qui testam. fac. poss. in fin.) de Naturali, Civilique volendi potestate & Art. 1. §. 3. dicta suat. Cæterum de Imperatoris vel Principis persona quod omisimus, cui & privata quædam substantia est l. ult. §. sed scimus. C. de quadr. præscript. Illud addi haud difficulter potest ex l. 7. C. qui testam. fac. poss. ubi Pac. in anal. §. 8. Dauth. de testam. p. 224. num. 255. add. omn. Conf. Argent. Sol. 1. Conf. 30. n. 27. & seqq. ¶ Porro ut & in Forma Testamenti nullus defectus sit, (nam superiora ad causam Efficientem & Objectivam referri possunt) & sic undiquaq; Testator Legitimus dicatur, dispiciendum nunc est in altera iudicii Testamentarii parte, sed breviter saltem & quasi Implicitè sub Examine Impliciti Testamenti. Etenim nec omnes istas solennitatum regulas, tam Communes, quàm Proprias. Coll. Arg. qui testam. fac. poss. d. 11. Bocer. class. 3. disp. 2. d. 2. Andr. Gerhard. disp. testam. 2. d. 24. & seqq. tam intrinsecas, quàm Extrinsecas. Bachov. ad Treuth. 2. 10. 4. C. Pac. in anal. C. de hered. instit. §. 1. h. e. Materiam amplissimæ dissertationis, præsens hæc scriptio perfecte exhibere potest. Sit itaque breve hoc meum, de Implicitis Testamenti iudicium, exercitii

Academici causa, quod liberrimum cuique est,
prolatum.

EXAMI-

EXAMINIS TESTA-
MENTARII

PARS SECUNDA

DE

FORMA TESTANDI LEGITIMA,

quam

quoad Nuncupativum præcipue testamentum

describit & explicat

Instituta hoc loco disputatio

DE TESTAMENTIS IM-
PLICITIS.

¶ Duo sunt Testamentorum in universum v. Welenb. in v. ff. qui test. fac. poss. n. 7. genera, Scriptum & Nuncupativum. g. ult. l. de testam. ord. l. 21. pr. & g. 2. C. de testam. Const. Maximil. l. Coloniz promulgata Ann. 1512. sub Rubr. Von Testamenten / ibi, dann nach Keyserlichen Rechten vnd Gesetzen seind zweyerley Testament etc. An vero Testamenti Nuncupativi speciem statuamus Testamentum IMPLICITVM, nunc disputabimur.

An Implicitum re-
stamentum
sit species
testamenti
Nuncupa-
tivi legiti-
ma,
ita descri-
ptum.

2. Definitur illud à suis patronis, quod sit testamentum Nuncupativum (nec enim & illi plura effingunt genera) tale, quo testator coram septem testi- bus convocatis palam profiteretur, se heredem instituere eum, quem in scheda, ubi voluntatis suæ secreta continentur, consignavit: hac forte formula utens (v. Sichard. ad l. 21. §. per Nuncupationem. C. de testam. n. 3.) Domini Testes, Ego facio heredem meum, qui in Scheda, quam in ista arca manu mea scri- ptam inclusi, continetur; vel in ea Scheda, quam deposui apud confessorem meum. Sams. Herzog im Unterzucht von Testamenten. r. 3. g. 13. ita descri- bit, ibi; Als wann der testierer den sieben Zeugen einen geschriebenen verschlossenen Zedel fürzeigte / oder nicht fürzeigte / sondern vor den Zeugen sagt: Liebe Herren / den setze ich zu meinem Erben / der in dem Zedel / welchen ich mit eigener Hand geschrieben / vnd in solche meine Truchen / oder hinter meinen Beichwarter N. geleyet habe / verzeich- net ist.

3. At vero tale Nuncupativum testamentum prorsus juri Civili incogni- tum est, quod unum tantum Nuncupationis modum admittit, Explicitum nimi- rum in persona ipsius heredis l. 26. C. de testam. non vero implicitum, eo mo- do, qui descriptus est. Id quod sine ulla distinctione, qua suam sententiam qui- dam limitant, affirmo. Equidem medietatem quandam amplexi sibi videntur, qui distinguunt inter formulas istas, Hoc meum testamentum est, vel hoc insti- tui heredes, quos descripsi in Scheda illa. priorem, utpote valde generalem, im- probant, posteriorem admittunt, Implicitumque tum demum testamentum jure

Negatur,
speciem esse
legitimam,
Sine ulla
inter for-
mulas di-
stinctione.



defendi posse docent, si mentio heredis institutionis fiat. Inani certe verborum lusu: cum prior illa formula ipsa vi & effectu heredis quoque institutionem includat. *Wes. cons. 29. n. 23.* Præterea non in heredis institutione verbali generaliter prolata, quippe quæ utrique speciei communis est, sed in heredis institutione palam & specialiter nuncupata, testibusque præsentibus manifestata consistit Nuncupativi testamenti essentialis forma: sicut è contra recte collocaveris differentiam specificam scripti Testamenti in heredis institutione clausa, & occulta, & incognita, quæ tamen etiam generaliter indicata sit solenni illa testatoris præfatione, Hoc meum testamentum est, *l. 21. pr. §. dum tamen. C. de testam. vel hos instituo heredes, quos scribi curavi in hisce tabulis: prorsus enim similes sunt, & æquipollentes hæ formulæ, nec (ut Ant. Fab. de error. pragmat. decad. 69. err. 4. in fin. ait) quicquam vel amplius vel apertius in hac posteriore formula, quàm in superiore, continetur. Atq; hoc ab initio statim monendum fuit, ut appareret, disputationem meam, quam ex jure Civili deducitur sum, ad quamcunque Implicitè testandi rationem pertinere.*

Nec confundenda sunt juris Civilis principia cum Doctorum placitis.

4. Merito dixi ex jure Civili: Nam cum eo nobis res est, non cum sententia pragmaticorum forensi, quorum nimia aliquando licentia est in ipsarum legum certitudine. Pertinent huc verba consilii (quod quidem typis nondum expressum est) Facultatis Jurid. Argentor. 60. vol. 1. ibi. *Ob wol dieses Testament in der form mangelhafte möchte geachtet werden/darumb dz der Testator nicht selber mit seinem Mund den eingesetzten Erben vor den Zeugen öffentlich benant/nuncupirt vnd außgesprochen/welches die beschriebene Keyserliche Rechte/in testamento Nuncupativo. als dieses sein soll/erforderen: Es wird aber heutiges Tages/auf eingerissener widriger gewonheit solche solennität wenig in acht genommen: quibus allegatis in diss. ad Wes. 1. 1. lib. 28. ff. 9. 3. subjungitur tale judicium, Aliam esse rationem Pragmatici errantis, aliam Iuri absolutum tractatum polliciti. Et omnino quis non secernet has duas quæstiones? 1. An sententia adversariorum communis sit & recepta. 2. An eadem juri ac legibus consentanea, adeoque an jure meritoque communis ac recepta sit: illa magis facti, hæc juris est, illa memoriæ & cognitionis est, hæc judicii ac disputationis, illam facile admittere, & ut tempori ac foro, non irritò conatu, serviamus, sequi possumus, de hac vero nobis libera disputandi censendique facultas est: maxime cum Doctores eam non solum autoritate communis opinionis, quod ipsis licebat, sed etiam textibus & argumentis ex ipso jure depromptis defendere conentur: quod cum sit, censuræ etiam juris, ad quod tam audenter provocant, subjici debent. *arg. l. 14. in fin. ibi, Cujus n. in agendo observat arbitrium, eum habere & contra se judicem in eodem negotio non dedignetur. C. de sentent. & interloc. omn. jud.* Et sane eo facilius erit ex jure disputatio contra juris allegatores, quo certius sciam, ultro quosdam è patronis Impliciti testamenti hac in parte cedere: Inter quos præcipuus est Iulius Clarus *lib. 3. Recept. sentent. §. Testamentum, quest. 35. in fin.* ibi, *judicio meo negari non potest, quin hæc opinio (de Implicito sc. & Relativo testamento) in puncto juris non modicam patiatur difficultatem. Adde Noam Meurer. p. 3. de testam. fol. 6. in annot. Nicol. Ruckeri.**

Ille h. loc. proponitur (1) summatim

5. Secundum juris ergo vera principia dicendum, nullum in toto jure reperiri textum, quo Institutio heredis Implicitè facta proponatur; Omnem namque heredis institutionem non expressis sive explicitis factam verbis forma in testamento Nuncupativo destitui, formam autem cujusque rei ne momento quidem

quidem separari posse sine ipsius rei interitu: præterea tanto accuratius, quæ jus Civile requirit, observanda esse in hoc testamento, quanto laxior ejus est solennitas, nihil aliud desiderans, quàm heredis institutionem nominatim factam; nominatim autem factam non videri, quæ facta est per relationem ad aliud.

6. Sententiam meam ulterius declarabo argumentis *confirmantibus* & (2.) *Specia-*
confutantibus. Illa *textuum* juris auctoritate nituntur & *rationibus*. Textus *tim per ar-*
hos produco (1.) l. 21. *pr. ff. qui test. fac. poss.* quæ præcipit heredes palàm, ita, *gumèta* &
ut exaudiri à solenni testium numero possint, nuncupandos esse: Exaudiendi sci- *confirman-*
licet heredes sunt, & quidem tùm, cùm testamentum sit, non demum, cum testa- *tia, tum*
tor mortuus erit d. l. 21. ubi de ipso testandi actu sermo est. At vero in testamen- *auctoritate*
to Implicito testes non sciunt, non cognoscunt, non audiunt, quis sit heres, sed *textuum,*
audiunt, ubi (perinde ut in testamento scripto l. 21. *pr. C. de testam.*) & unde *nō tantum*
aliquando cognoscere debeant, quem testator sibi successorem esse voluerit: quæ- *juris Insti-*
tionem, An sit, audiunt, sed quid sit, seu quinam sint heredes, non audiunt, non *tiarum.*
intelligunt: Sed hoc non est, exaudire heredes, sed tantum est, exaudire testato-
rem, heredum Institutionem clare quidem pronunciantem, sed personas eorum
non manifestantem, ut exaudiri possint, quod omnino in hac testandi specie per
Nuncupationem necessarium est. add. Steph. Gratian. *tom. 5. discept. forens. c. 973.*
num. 7. Nec obstat l. 20. §. 9. *ff. eod.* quam de testamento in Scriptis, cum Glossa
ad d. l. & forte cum Colli. Arg. jurid. d. 8. §. 27. & unde constat. accipe, aut verius
in genere de testium, ut ita loquar, certioratione, quæ etiam aliter quàm per in-
telligentiam sermonis, contingere potest. add. Meurer. *p. 3. de testam. fol. 10. §.*
item *Es sollen. & parag. seq.* ubi hæc etiam notanda verba. *Es ist nicht von*
nöthen/ daß die Zeugen wissen/ was im Testament begriffen/ vnd ges-
setzt/ vnd diß ist von dem Testament/ so schriftlich beschicht/ zuverstes-
hen. Danu in Testamento Nuncupativo ist vonnöthen / daß der testator
öffentlich die Erben nenne / damit es alle Zeugen hören können. (2.)
l. 29. *C. de testament.* ibi, in Elogio, quod sine scriptura conficitur, necesse est, te-
statores voce exprimere (NB.) nomen vel nomina heredum. Quam legem
præ omnibus aliis urgentem elegit Sichard. *ad d. l. 21. §. per Nuncupationem n. 3.*
§ 4. C. de testam. Et omnino, cum diserte ibidem Iustinianus speciem illam testa-
menti in Scriptis, qua testator nomen heredis manu sua scribere aut nō potest, aut
non vult, examinet ad imitationem testamenti Nuncupativi, necesse est talem
Nuncupationem ibidem præsupponi, quæ descripta est *in pr. d. l.* ibi, ut omni-
modo testes sciant, qui sint scripti heredes, & ita certo heredis nomine successio
procedat: quæ verba (ut Gratianus loquitur *d. loc. n. 23.*) omnino sunt præcisa,
& necessitatem important excludendo alium modum, & reddendo actum nul-
lum, aliter factum. Sed sit ne hoc in testamento Implicito, quærat quis? respon-
debitur, nequaquam hoc fieri: aliàs enim non Implicitum, sed explicitum esset,
vel esset *σινελευρον.*

7. (III.) l. 26. *C. de testament.* ibi, satis sit (*sublatu formalibus Verbis*)
voluntatem testatoris vel testatricis simul omnibus (NB.) manifestari, signifi-
cantis, ad quos substantiam suam pervenire velit, vel quibus legata dare, vel fi-
deicommissa, vel libertates disponere &c. Rursum horum nihil reperies in testa-
mento Implicito, in quo non manifestatur voluntas testatoris specialis, sed tan-
tum voluntas generalis. (IV.) l. 21. *pr. C. eod.* ibi, si nullum scire volunt &c. un-
de sic licet argumentari: Quicumq; nullum scire volunt, dum vivunt, quem he-
redem instituunt, illis testamentum in scriptis ordinandum est. Atqui qui Im-
plicitè

plicite testantur, nullum scire volunt, dum vivunt, quem heredem instituunt.
 (Namque hunc finem expresse constituunt adversarii electa ejusmodi testationis)
 Ergo. Et iterum: Quicumque testes tantum sciunt, in qua scriptura contineatur
 voluntas defuncti, non etiam quis sit heres, illi non sciunt, sed ignorant volunta-
 tem defuncti. *d. l. 21. pr. & dum tamen &c. fac. etiam argum. ex l. ult. & sic ta-
 men. C. de testament.* Atqui in Implicito testamento hoc fit. Ergo. Et sane cum
 statim subjiciatur. *in §. 2. d. l. 21. ibi, per Nuncupationem &c.* apparet, aliud
 quoque genus proditum esse ab iis usurpandum, qui suam voluntatem diutius
 occultare non cupiunt. Sicut igitur in illo testamento heredum nomina testibus
 non sunt manifestanda, litteris scilicet clare inscripta, testimoniumque subscrip-
 tionibus atque sigillis probe munita, ita in hoc, deficientibus litteris, palam enuncian-
 da sunt, omnis falsitatis removenda causa: & certe supplet hæc nuncupatio vicem
 scripturæ in testamento in scriptis, locoque ejus huic generi propria est. Adde,
 quæ Anton. Faber. *decad. 69. de error. pragmat. err. 4.* notavit ad illa verba. *d. l. 21.
 pr. ibi, nec ideo infirmari, quod testes nesciant, quæ in eo scripta sunt testamen-
 to.* Facit omnino etiam (V.) *l. 8. C. qui testam. fac. poss. ibi, Expriment nomi-
 na specialiter heredum & dignitates &c. & ibi, Palam edicant, quæ ultimarum
 capit dispositionum series &c.* Quæ lex etiam si in specie de testamento Nuncu-
 pativo Cæci loquatur, tamen in modo Nuncupationis nil quicquam singulare
 habet, sed tantum in aliis quibusdam, quæ Nuncupationi vulgari & ordinariæ
 superaddi debent: uti supra ostensum in *Analyti d. l. 8. (VI.)* Argumentum
 quoque tale *ex l. ult. in fin. & sic tamen. C. de testam.* elici potest: Quicumque te-
 stes non subscribunt testamento, illis explicite heres nuncupandus est: in testa-
 mento Nuncupativo (cujus speciem appellant testamentum Implicitum) non
 subscribunt testes. Ergo. Ratio elegans ad finem illius constitutionis adjicitur in
 Ecloga sive Synopsi basilicæ *lib. 35. r. 2. cap. ult. & γὰρ ὅτιν ἔυλογον, καὶ ἀγέ-
 ρος αὐτὸς μαρτυρεῖν, καὶ μὴ εἰδέναι τὴν τῆ τελευτῆς βέλνοι.* h. e. Non est
 rationi consentaneum, eos & citra scripturam testes esse, & defuncti voluntatem
 ignorare. Applica hoc ad testamentum Implicitum: resonabit idem prædicatum,
καὶ ἔυλογον ἴδ), rationi consentaneum non esse.

Sed & ex
 Recess. Imp.
 auctoritate
 Constitu-
 tionis Impe-
 rat. Maxi-
 miliani I.

8. Maximam quoque assertioni nostræ auctoritatem præbet ex Recessi-
 bus Imperii antea laudata constitutio Maximiliani I. An. 1512. sub Rubr. *VON*
Testamenten. quæ statim ab initio satis apte ad nostras theses loquitur. & in
 vers. *Weiter so ist auch zc. v. Bocer. class. 3. disp. 2. b. 47.* Nimirum præcipi-
 tur *in d. & testamentum nuncupativum, si in scripturam redigatur, omnino te-
 stibus prælegendum esse. add. Volckman. p. 1. Art. Notar. c. 43. n. 29. Pruckman.
 conf. 48. n. 18. in tantum scilicet declaratio voluntatis expressa requiritur in hac
 specie testamenti: & opponi hic versiculus debet illis, qui distinguunt inter testa-
 mentum mere Nuacupativum, & illud, quod in scripturam redigitur. Wes. conf.
 29 n. 21. P. Greg. 42. syntagm. c. 9. n. 7. Dauth. in comment. ad l. heredes palam
 21. num. 1. ff. qui testam. fac. poss. Et in vers. die form eines Testaments in
 Schriften/ welches nunmehr nicht in grosser Übung ist/ und von denen
 gemacht wird/ (NB.) die in ihrem leben ihren letzten Willen niemandes
 wissen lassen wollen. Ergo hic novus modus testandi est, sine scriptis & occulte
 tamen, contraque mentem summi Imperatoris, cui quasi in hunc modum ob-
 loquuntur pragmatici, *difficillimum remedium esse ad occultandam & ita rem-
 pore voluntatem, Testamentum in scriptis, solemnitates illius strictè observan-
 das sibi**

*das sibi no placere, inuenisse se le & in remedium, quo testatorum voluntates late-
re etiam possint, Testamentum sc. quod ideo Implicitum appellatum. qua vero
auctoritate hac dixerint, ipsi videant. Præcipue vero huc facit versic. Ueber die
form eines Testaments / daß Nuncupativum genannt wirdt 2c. Quem
pro fundamento adducit Vir Ampliss. Dn. D. Biccus, Patronus & Cognatus meus
submitte colendus in sect. 3. Rer. Quorsd. 8. 78. Sane Constitutio hæc Maximi-
liani promulgata est post illam inter Doctores controversiam, cujus primum au-
thorem referunt Bartolum ad l. 38. de Cond. & Dem. Paul. Castrensis in l. 21. §.
2. n. 3. C. de test. Alex. in l. 75. §. illud. de V. O. Boer. decif. 240. n. 5. Mantic. lib. 1.
de coniect. ultim. volunt. r. 7. n. 7. Wes. lib. 1. conf. 29. n. 18. Vnde valde probabi-
le est, non tantum hanc de Implicitis testamentis opinionem per d. constitutio-
nem reprobata esse, sed etiam in Camera Imperiali eandem rejectam.*

9. Accedit ex abundantia, præter textus juris modo productos, hæc Ratio, *cum Ra-
quod talis Scheda, ad quam relatio facta est, facile falsari corrumpique possit. sione.
Bachov. ad §. ult. l. de testam. ordin. Mascard. conclus. 1352. n. 73. Leges autem
omnem materiam falsitatis & subiectionis longius remotam volunt, maxime in
testamentorum confectioe l. 29. pr. C. de testam. l. 2. §. 6. testam. quemadm.
aper. §. 4. l. de testam. ordin. Inde misere ac cum maxima sollicitudine cautelas
conquisivere Doctores. vid. post Iul. Clar. lib. 3. R. S. §. testamentum. q. 4. n. 3. in
fin. Mantic. de coniect. ult. volunt. lib. 1. r. 7. nu. 7. in med. Matth. de Afflic. in
decifion. Neapolitan. decif. 143. n. 6. Mich. Grass. lib. 2. commun. opin. c. 4. q. 26.
& lib. 1. recept. sent. §. institutio. q. 16. n. 3. & seqq. per quas curarent aduersus
fraudes insidiasque tueri Implicitum testamentum. add. Bocer. class. 3. disput. 2.
l. 48. in fin. lit. b. Certe si non simpliciores, tutiores omnino sunt solennitates
Scripti testamenti, quas tantopere illi Implicatores execrantur, quam inventæ
Doctoribus cautelæ in scripturæ veritate probanda. v. Bocer. d. loc. ibi, consul-
sius autem fuerit &c. & in eligendis idoneis amicis, quibus tutò possit sche-
dula testamentaria committi: adde, quæ de comparatione litterarum, periculo-
so remedio, exponit Stephan. Gratian. tom. 5. discept. forens. cap. 973. n. 49. &
seqq. Anne in testatoris ac testium subscriptionibus atque signaculis tanta diffi-
cultas, tanta molestia (nam & in numero, rogatione, ac qualitatibus testium,
unove testandi contextu nec ipsi Impliciti patroni quicquam remittunt) ut pro-
pterea nova quædam species in subsidium quasi advocanda sit? Normam juris
rigidissimi vocant, qua explicita heredis nuncupatio requiritur: sed cur rigidis-
simi juris? quod publica legum auctoritate, de quarum rigore amplius non di-
sputandum l. 12. §. 1. qui & a quibus manum. l. 19. de appellat. c. 3. dist. 4. l. 1. 9.
C. de LL. sic sancitum præceptumque est. Benigne è contra constitutum dicunt,
ut Implicita sustineatur institutio: Sed ubi & an auctoritate juris civilis id con-
stitutum est? Nequaquam. Pro hac saltem præsentis loco disputamus contra eos,
quicunque ad juris Civilis principia provocant, non ignari, consuetudinis ac
communis observantia non mediocrem aliquando vim esse, præsertim si con-
tradicto iudicio h. e. causa cognita, causaque communiter peracta inter actorem
& reum consuetudo firmata sit. l. 34. ff. de legibus. c. 18. in fin. extr. de præbend.
confer huc ea, quæ de simili argumento circa usurarum solutionem exposita sunt
ab Ampliss. Dn. D. Tabore, Patrono meo æternum venerando, in disput. de mod.
usurar. Art. 3. l. 6 & seqq. add. Gratian. d. cap. 973. n. 38. & seqq.*

10. Hisce argumentis ac rationibus ostensum, neque ad Scriptum testa-
mentum, cui subscriptio & subsignatio testatoris & testium propria est, & ut ita
loquar,

loquar, essentialis. §. 3. I. de testam. ordin. neque ad Nuncupativum, quod manifestacionem ultimæ voluntatis specialem requirit d. l. 26. C. de testam. referri posse Implicitum testamentum. Bachov. ad §. ult. I. de testam. ordin. in fin. & omnino Vir Ampliss. Dn. D. Rebhan. in diss. 7. Isagog. Justin. ad tit. Inst. de testam. ordin. §. ult. Stephan. Gratian. d. rom. 5. discept. forens. cap. 973. per tot. ubi plures mos allegat, ex professo hanc testandi rationem impugnant, quos ipse sequitur. Tertiam vero speciem jure Civili & Imperatoria constitutione nequaquam admitti. Nunc ad Confutandi rationem progrediar, quæ sic instituenda est, ut (1.) proponantur (2.) removeantur contrariæ objectiones.

Et per argumenta
confutantia
contrarias
objectiones.
Qua 1. ordine
enumerantur.

11. Equidem pro Implicito stantes testamento opinionis suæ tales rationes proferunt, talibusque fundamentis ad extruendum suum ædificium utuntur (1.) Negant, strictam formam testamenti Nuncupativi eam esse, ut testator proprio ore nomen heredis exprimat, nunquam enim probari ajunt, grassam illam & explicitam, sive nominatenus factam heredis institutionem adeo pertinere ad testamenti Nuncupativi substantiam, ut ab ea abesse non possit: quin imo contrarium ostendi in l. 77. ff. de hered. instituend. (ex qua præcipuum & quasi palmarium argumentum putant deduci Bald. in d. l. 77. Castrenf. in l. 21. §. per nuncupationem. n. 3. C. de testam.) l. 10. ff. de condit. instir. l. 38. ff. de Cond. & Dem. l. 38. ff. de hered. instir. l. 9. §. 8. eod. Etenim Nuncupationem quidem pro formali habendam esse, & sine scriptis testationem, non tamen hunc (utilissima, ut ajunt, distinctione) Nuncupationis modum, ut nomina heredum & legatariorum speciatim exprimantur. (II.) Respondent ad d. l. 21. pr. ff. quis testam. fac. poss. similesque textus, regulariter quidem in testamento Nuncupativo verbalem nominis pronunciationem intervenire, adeo tamen de stricta necessitate non esse, ut non sufficiat relatio ad indubitatum aliquod signum sive æquipollentem demonstrationem. d. l. 77. & l. 38. de hered. instituend. (III.) distinguendum esse docent inter formam substantialem & accidentalem. ad illam non pertinere heredis nominationem, sed tantum ad hanc, adeoque omissam ab initio non reddere testamentum nullum, si modo ex post facto accedat, & per declarationem ex scheda relativa faciendam suppleatur. (IV.) Vocem, Nuncupare, non adeo urgendam esse, quippe quæ interdum etiam scripto heredi reperitur attributa. l. 1. §. 5. l. 9. §. 2. de hered. instir. l. 7. C. de testam. (V.) In testamento Nuncupativo eandem Nuncupationis debere esse rationem, quæ est Scripturæ in testamento altero genere: sicut igitur manifestissimum est per d. l. 77. & similes, in testamento scripto heredem institui posse, etiam ad relationem ad Codicillos: ita quoque permittendum esse censent, eundem modum nuncupandi heredem in testamento sine scriptis, ut sc. ad schedam relatio fiat.

12. (VI) Regeri posse ulterius pergunt ad verba illa d. l. 29. C. de test. præter modo dicta, hoc, quod versetur ibidem Imperator circa casum specialem, quo videlicet testatori per imperitiam vel valetudinem non licet in scriptis (ordinario scil. more) testari. (VII.) dicunt, videri quidem posse, Impliciti testamenti auctoritatem hactenus per superiores rationes validam plane post latam Maximiliani I. constitutionem concidere, sed itidem respondendum esse, non adeo præcise nomina heredum exigi, ut nec signo, nec ulli præter expressum nomen demonstrationi locus esse possit. (VIII.) ad d. l. 21. pr. C. de testam. ubi, si nullum scire volumus &c. responderi posse, magis consilii illud esse, quam necessitatis; cum sane testamento in scriptis non noceat, etsi omnia testibus manifestentur: Ergo in altero quoque testamenti genere valere debere, formidolosi ac

timidi

timidi testatoris gratia, ut non semper omnia manifestentur, exemplo §. 3. l. de pupill. substit. (IX.) Distinctionem quorundam Doctorum, Iasonis in l. hac consultißima. §. per Nuncupationem. C. de testament. & Sichardi d. loc. n. 4. & Iul. Clar. lib. 3. sentent. §. testam. q. 4. n. 3. Add. Fichard. Conf. German. 86. §. Ego vero &c. inter legata & heredum Institutiones, rejiciunt, docentes, non tantum illa, sed & has fieri Implicitite posse. Tandem (X.) in gratiam ultimumque honorem Impliciti testamenti producant formulam, de qua Vlpianus r. 20. §. 9. Instit. ubi Cujac. rom. l. p. 154. illa sic concepta est: Hæc uti his tabulis cerisq; scripta sunt, ita do, ita lego, ita testor, itaque vos Quirites testimonium præbitote. Quæ ipsa (notabiliter dicunt) Nuncupatio & testatio vocatur.

13 Non sunt tamen tanti momenti hæ rationes, ut de responsionibus dandis desperemus, nec tanti roboris fundamenta, ut non destrui rursus possit, quidquid inædificatum est. Quod enim (I.) Leges oppositas attinet: dico, eas loqui de testamento in Scriptis, non Nuncupativo; ita enim expressa est d. l. 77. de hered. instir. ibi. Assè toto non distributo, ita scriptum est &c. & in d. l. 10. ibi, Si Codicillis heredem scripsero &c. & in d. l. 38. ibi, si ita scripsero &c. Quæ omnia de solennitate accipienda sunt: Etsi enim in Nuncupativo testamento scriptura etiam interveniat, non solennitatis tamen, sicut in testamento scripto, sed facilioris probationis gratia, illa adhibetur: unde ea non est necessaria, arg. l. 4. ff. de pignor. Sichard. d. loc. n. 1. Nec de testamento in Scriptis controversia est, cum certissimi juris sit per dd. ll. relationem ad Codicillos in eo subsistere, v. Sams. Herzog im Unterrichte von Testamenten tit. 3. q. 13. ibi, so viel daß zierlich schriftlich Testament anlangt/ seind die Rechtsgelehrten einhellig/ daß in demselben institutio Implicita, das ist/ die Absatzung/ so sich auff ein anders referiret/ oder ziehet/ passire. Caterum Nominum enunciationem adeo præcise non requirunt Leges Civiles, ut non & alias vice Nominum demonstrationes admittant: id tantum requirunt, voluntatem testatoris vel testatricis simul omnibus testibus manifestari l. 26. C. de testam. ubi urgeri potest vox, Significantis. add Gratian. d. loc. n. 25. de modo autem manifestandi significandique non adeo sollicitæ sunt, argum. §. 29. l. de legat. l. 90. de legat. 3. fac. l. 2 ff. de liber. & posth. l. 25. eod. l. 34. ff. de C. & D. l. 24. ff. de manumiss. testam. Hinc non sine fallacia petitionis principii opponitur d. l. 58. de hered. instir. quæ retorqueri in ipsos contradicentes potest, cum in hac ipsa lege ejusmodi nuncupatio proponatur, quæ in Implicito testamento nunquam locum habet, imo quæ explicite singulis testibus per realem demonstrationem successorem heredemque futurum ostendit. adde d. l. 9. §. 8. eod. itidem minime nobis, illis potius contrariam. Quanquam enim in d. l. 29. C. de testam. Nominis, Nominumque fiat mentio, putandum tamen non est, necessitatem indicandi nominis absolutam eo ipso induci, cum id exempli tantum loco fiat, & quod plerumque ac frequentius per heredum nomina testatoris voluntas innotescat: nec propositum ibidem Imperatori fuit, aliquid quoad hoc ex jure veteri abrogare, aut pro heredis descriptione aut demonstratione ipsam Nominis proprii expressionem introducere; sicut id ex toto legis contextu junct. §. 4. l. de testam. ord. & N. 119. cap. 9. multis modis apparet. Atque ita ad (II.) quoque responsum est, id ubique tantum negamus, in Implicito testamento hoc fieri, quod prætenditur, in quo prorsus nihil de heredis sive nomine sive aliquo signo constat, & in quo (cum Fichardo Conf. Latin. 38. n. 6. loquor) nuncupatio est, quæ per relationem obscuram & incognitam fit: si incognita, ergo nihil hîc, quod nominis vicem su-

2. Removetur dicitur responsionibus.

F stineat

stineat in manifestanda testatoris ultima voluntate sive per *ἀπονομιὰν* seu
ἀπονομιὰν d. l. 9. §. 8. sive per realem demonstrationem illius, qui praesens est
d. l. 58. Et miror, quomodo ad hanc excusationem deveniant adversarii, quibus
tamen ipsius nominis ratio inde deducitur, quod absconditā implicitamq; testato-
ris voluntatem contineat hoc testamentum: sic enim non abscondita, non Implici-
ta, h. e. quæ personā heredis implicaret, sed satis explicita, satis cognita esset nun-
cupatio. Nec enim ea tantum Nuncupatio, quæ proprie heredis nomen exprimit,
Implicitæ Nuncupationi opponitur, sed etiam illa, quæ vel praesentem demon-
strat, vel absentem describit, cum & sic utrobique manifesto & explicitè omnia ge-
rantur. Certe nec Etymologiae nominis, nec communi Doctorum usurpationi
congrueret, si velles cum Goeddeo *consil. Marburg. 28. Vol. 3.* Implicitam eam Nun-
cupationem vocare, cum heres certa demonstratione, quæ nominis vice fungi-
tur, designatur. Implicatur enim sic quidem nomen proprium heredis, quod uti-
que permissum, non tamen ipsa heredis persona, sicut fit in Relativa illa locutio-
ne, quam proprie & communiter Doctores Implicitam appellant.

14. (III.) Istam ego distinctionem ex Andrea Gail. *lib. 1. abser. 124.*
petitam in medio nunc telinquo, de applicatione tantum dubito; cum nequa-
quam ad Accidentalem, sed ad Substantialem formam Nuncupativi testamenti
referenda sit Expressio vel Nominatio heredum & legatariorum, ita, ut si ab ini-
tio & in ipso actu testamenti ea intermittatur, jam eo ipso dicendum sit, testa-
mentum, ut Nuncupativum, non subsistere l. 26. *ibi, postquam seprex testes
conveniant, satis sit, voluntatem testatoris simul omnibus manifestari. Cod. de
testament. fac. l. 21. pr. ff. qui testam. fac. poss.* Et possent illa de testamento in
Scriptis verius dici, in quo valet quidem relatio ad scripturam, sed quæ tamen
nullum effectum producit, nisi postea ex scheda aperte declaratur. (IV.) Con-
cedo vocem, *Nuncupare*, generalem esse h. e. utrique speciei communem, in
generali sc. significatur: Eam vero Nuncupationem, quæ passim Scriptioni oppo-
nitur l. 1. §. 1. *de hered. inst. l. 21. pr. qui testam. fac. poss.* tantum propriam esse
Nuncupativo testamento, unde etiam appellandi ratio deducta est. Bachov. *ad
d. §. ult. 1. de testam. ord. & singulariter, Nuncupare*, hoc loco, ut Varro *lib. 5.
de ling. latin.* exponit, denotat, Nominare h. e. nominatim & certis verbis ex-
presse exponere, quid fieri velis. v. Andr. Gerhard: *disput. 2. de testament. 0. 92.
fac. l. 25. ibi, exprimeret Sibi, pronunciare ff. qui testam. fac. poss. C. d. l. 21.
pr. eod.* ubi adverbium, Palam, non ad hanc, sed ad aliam significationem infi-
nuandam adjicitur, cum alioquin dicendum fuisset, ideo heredes nuncupandos
esse palam, ut aperte & perspicue significetur, quinam sint heredes, si illa aperta &
perspicua significatio ipsi verbo Nuncupandi non inesset. *Add. l. ult. ff. de jur. Co-
dicill. ubi palam nuncupare & in tabulas referre opponuntur.*

15. (V.) Respondeo, diversas istas species testamentorum formaliter
quoque inter se distingui, istamque ratiocinationem ab expressis textibus juris
Civilis penitus rejici. Etenim in Scripto testamento sufficit institutionem here-
dis esse certam, quæ certitudo etiam per Relationem haberi potest. l. 7. §. 1. *de
Contr. Empr. l. 75. §. 5. de V. O. l. 59. §. 1. de R. judic. l. 5. §. 1. eod.* ubi quod de No-
minatione dicitur, accipiendum est quoad effectum certitudinis, quæ in senten-
tia judiciali requiritur l. ult. *C. de sentent. qua sine cert. quant. profertur. d. l. 59.
§. 2. ff. de Re lud.* non quoad effectum nominalis expressionis, quam constat in
sententia præcise non necessariam esse. v. Coll. Arg. Jur. *de Re jud. 0. 53. Vers. sed
hic notandum C. c.* In Nuncupativo autem testamento, præter certitudinem,

exau-

l. 5. §. 1. de
R. judic.

exaudiri etiam ac manifestari Institutio debet, & quidem in ipso actu testandi, non alio tempore *d. l. 26. C. de testam.* at vero manifestatio per relationem ad aliud nequaquam contingit. *dist. l. 7. §. 1. ubi, magis enim ignoratur, quam si emptus sit, quam in res veritate incertum est. ff. de contr. empt. Gloss. ad d. l. 75. §. 5. de V. O.* Id quod exemplo demonstrari potest Appellationis ab Interlocutoria, in qua cum nominati causæ gravaminum exprimendæ sint *c. 62. §. 59. extr. de appellat. c. 5. eod. in Clement.* non sufficit relationem facere ad Acta, docente Andr. Vallensi. *in v. r. extr. de appellat. §. 9. num. 5. Stephan. Gratian. d. c. 973. n. 11. §. seqq.* unde nulla hæc rationis paritas, quam contradicentes objiciunt, non vero demonstrant, sed vera diversitas. Adde omnino, quæ *in sect. 3. Rer. Quotid. §. 78. lit. 99.* de isto argumento exposuit Vir Ampliss. Dn. D. Biccus, Patronus & Cognatus meus ætatem venerandus. Ex sane etsi illud argumentum de Relatione non ad Scripturam, sed ad aliam Nuncupationem concipiatur, tamen nec sic puto, testamentum, ut Nuncupativum, valere posse *per d. l. 21. ff. qui testam. fac. poss.* quomodo enim, inquit Anton. Faber *de error. pragmat. decad. 69. err. 4.* fieri potest, ut vel exaudiatur testator heredes nuncupans, vel exaudiantur nomina heredum nuncupatorum, si nominatio Implicite tantum fiat i. e. nullo expresso nomine, & per relationem ad aliquam scripturam, vel ad aliam Nuncupationem. Caterum in universum de ejusmodi argumentationibus notandum, esse utique testamentorum ordinandorum eam conditionem, ut non per conjecturas & quævis argumenta topica, rationisque paritatem efformari, sed ex solius Imperatoris voluntate strictè judicari debeat. *fac. l. 35. pr. C. de inoff. testam. l. ult. pr. C. de test. l. 13. C. eod. l. 3. 4. ff. qui testam. fac. poss. l. 55. de legat. 1.* Nam quod *in d. l. 29. §. quemadmodum. C. de testam.* Imperator argumentetur à Nuncupativo testamento ad Scriptum, id ei, ut Imperatori & Legislatori licuit: at Interpretibus hoc non licet, quorum tantum est de jure statuto respondere *l. 1. §. 9. C. de legib. quin & per illam ibidem factam argumentationem amisit omnem locum Doctorum ratiocinatio, etsi aliqua concederetur.*

16. (VI.) Facile quidem concedo, casum specialem ibidem expressum de testandi modo in scriptis, rationem tamen cõcludendi per similitudinem, quam solum urgeo, generalem esse, quod haud difficulter demonstrari potest ex ipso contextu. Ad (VII.) dico, constitutionem Maximiliani, quam maxime adversari merito dixerunt, qui Implicite defendunt testamenta, non corrigere jura Civilia Iustiniani, sed penitus ea confirmare, adeoque nec ante, nec post hanc constitutionem tolerari vel jure adprobari posse Implicite testamenti modum: sed iterum non præcise Nomina requiri, sed vel signa *d. l. 9. §. 8.* vel realem demonstrationem *d. l. 58. de hered. instit.* Præstatne vero hoc Implicitum testamentum? testem in eo adhibitum interroga, quid disposuerit testator; respondebit eodem modo, quo testis in testamento scripto, se nescire, sed ubi disposuerit, hoc scire. Omnia contra sinceritatem testamentorum, contraque *ll. 21. 26. 29. C. de testam.*

17. Ad (VIII.) distinguo inter Jus & factum. De jure (regulari *§. d. l. 29. C. de testam. junct. Nov. 119. cap. 9.*) hæc ita consistunt, ut qui suam voluntatem cupit occultatam manere, ille in Scriptis, non alio modo, testari possit: nec hætenus consilium tantum est, sed præceptum, necessitatem inferens, non quidem absolutam, sed hypotheticam, quæ ita procedit, nisi ipse velit sua sponte voluntatem aperire, scriptique simul testamenti solennia observare; atque hoc ad factum extra juris regulam pertinet. Cujac. *ad l. 1. ff. de hered. instit.*

§. 3. I. de pu-
pill. subst.

*in fin. Et ad l. heredes palam. ibi, itaque in scriptis testatoribus testamentum Scri-
ptum testibus non enunciatur. ff. qui testam. fac. poss. Andr. Gerhard. disput.
testam. 2. §. 63. E contra absolutissimæ necessitatis est in altera testandi specie,
ut aperte & palam pronunciet testator suæ mentis sententiam, suntque pror-
sus contra juris analogiam, adversus quam nullius privati factum quicquam po-
test. Nuncupatiove testari, Et voluntatem occultare. Hinc nequaquam pu-
tandum est, in §. 3. Instit. de pupill. subst. proponi casum, quò in testamento
Nuncupativo aliquid occultetur: quippe de testamento in Scriptis intelligen-
dus idem §. id quod ex ipsis verbis apparet, cui clausula adjecta, ne post mortem
testatoris, vivo filio & adhuc impubere, aperirentur inferiores testamenti partes,
in quibus testator substitutionem pupillarem scripserat. Nec enim verbum,
Palam, de Nuncupatione tempore facti testamenti accipiendum, sed in opposi-
to partis testamenti clausæ, & ne aperiretur post mortem, prohibitæ. Estque ibi-
dem, Palam facere, non pronunciare palam, aut nuncupare, sed est, non pro-
hibere post mortem aperturam. Versamur scilicet hîc in casu unius testamenti,
quod in plures partes dividi potest. Bachov. ad d. §. Namque aliàs certissimi
juris est, posse patrem sibi per Nuncupationem, filio in Scriptis testamentum fa-
cere, & contra, per l. 20. §. 1. de vulg. Et pupill. subst. l. 8. §. ult. de bon. poss.
secund. tabb.*

18. (IX.) Vtrisque & Doctoribus distinguentibus, & distinctionem
repudiantibus, illis quoad partem, his quoad totum, opponi potest l. 26. ibi, sa-
tis sit voluntatem (generaliter) manifestari, & ibi (nunc enim per species
explicatur voluntas manifestanda) ad quos substantiam suam pervenire vellet
(quod sit heredes instituendo) vel quibus legata dare, vel fideicommissa, vel
libertates disponere. C. de testam. add. l. 21. §. 2. C. eod. §. ult. I. de testam. ordin.
ubi Bachov. in fin. & Viglius num. 2. Bocer. class. 3. disput. 2. §. 47. & maxime
Const. Maximil. d. vers. Aber die Form etc. Nam quod in aliis locis mentio
tantum fiat heredum, id non exclusive intelligendum, sed cum inclusione alia-
rum quoque in testamento partium, quarum prima ac præcipua est heredum in-
stitutio §. 34. I. de legat.

19. (X.) De formula illa sciendum, eam in testamento Scripto per
æs & libram, quod in desuetudinem abiit §. 1. I. de testam. ordin. usurpatam
olim fuisse, in quo dux res agebantur, familiæ sc. Mancipatio & Nuncupatio te-
stamenti, qua tabulas testamenti testator tenens utebatur. Cujac. in not. ad Vl-
pian. lit. 20. sed Nuncupationem ibidem late sumi, sicut in l. 9. §. 2. Et seqq. de
hered. instit. pro Nuncupatione testamenti, quæ adhuc (sublati tantum illis
solemnibus verbis cum ipso testamento per æs & libram) in testamento Scri-
pto locum habet. l. 21. pr. §. dum tamen. C. de testam. d. Const. Maxim. §. die
Form. ibi, doch also/dass er öffentlich ansage/dass solches/so er darlegt/
sein Testament seye. non specialiter pro Nuncupatione heredis & legatario-
rum, in testamento non scripto ob differentiam necessaria: ita vere explicat
hanc formulam Bachov. ad d. §. ult. I. de testam. ordin. in fin. adeo, ut nec hoc
modo ultimo honore affici possit Implicitum testamentum; quasi species Nun-
cupativi testamenti (cùm formula illa de Scripto-testamento loquatur) etiam
dici possit per relationem ad schedulam aliquam facta.

20. Et quanquam hodie (Namque ille modus Nuncupative testandi
juri Iustiniano incognitus est) Nuncupativa testamenta raro etiam absque
scriptura sint. vide Schneidev. ad d. §. ult. Inst. de testament. ordin. Noam
Meurer.

Meurer. p. 3. de testam. fol. 18. in annotat. Ruckeri. quæ valde utilis est, ne post mortem testatoris testes denuo de fide dictorum Interrogari necesse sit. Carpz. p. 3. Constit. 3. def. 36. 37. 41. Ioh. Dil. Durant. de art. testand. tit. 2. caut. 1. n. 4. Volckmann. p. 1. Arr. Notar. cap. 43. num. 30. ubi, dann wann solch Testament nicht in ein offen Instrument gebracht würde / müste der Erb- nach des Testierers todt allererst die Zeugen Eydlich abhören lassen. tamen non sic licebit testari, ut coram testibus tantum dicatur, hoc esse suum testamentum, vel in hoc heredum institutionem, cæteraq; voluntatis ultimæ capita contineri, sed omnino scripta prælegenda sunt testibus. d. Const. von Testamenten. §. Weiter so ist auch 2c. Et est revera firmum hoc argumentum, quo motus semper de contraria sententiâ dubitavit Paul. Castrenf. & ab ea tandè recessit l. 38. ff. de Cond. & Dem. Qualis Nuncupatio in testamento in Scriptis requiritur, ea non sufficit in testamento Nuncupativo (propter perpetuam in jure nostro oppositionem l. 21. §. 2. C. de test. l. 8. pr. C. qui testam. fac. poss. l. 20. §. 1. ff. de vulg. & pupill. substit. l. 8. §. 4. ff. de bon. poss. sec. tab. l. ult. C. eod. tum etiam propter sinceritatem testamentorum, cum in Nuncupativo testamento nihil aliud, præter nominationem heredum h. e. neque subscriptio, neque subsignatio concurrat) Atqui Nuncupatio testamenti etiam in testamento in Scriptis requiritur per d. l. 21. pr. Verf. dum tamen. C. de test. Ergo Nuncupatio testamenti non sufficit in testamento Nuncupativo, sed major & excellentior nuncupatio in illo necessaria est, quæ nomen formamque distinctam tribuat. Sequeretur enim aliàs hoc absurdum, cuique testamento in Scriptis inesse quoque formulam vere Nuncupativi testamenti, & si solennitas aliqua deficiat, defendi illud posse, ut Nuncupativum testamentum. Quid enim aliud dicit, qui per scripturam testaturus dicit, hoc meum testamentum est, quod offero d. l. 21. quàm hos ego nuncupo heredes meos, quorum nomina in his tabulis continentur? Si itaque Nuncupationem sufficit Implicite fieri per relationem ad aliquam scripturam, erit utique testamentum illud in Scriptis etiam Nuncupativum. Anton. Faber de error. pragmat. decad. 69. err. 4. circ. fin. unde summa inducitur testamentorum confusio, quæ incompatibilia (rursus cum eodem Fabro loquor in ejus Codice lib. 6. r. 5. def. 27. num. 6. in alleg.) inter se sunt & opposita. Præterea non dubitandum quoque est, clausulam Codicillarem nihil hic efficere, cum defectus adsit non in solennitatibus Testamento propriis, sed in substantia cum ipsis Codicillis communi, quorum æque constat alios Scriptos esse, alios Nuncupativos. l. 3. pr. C. de bon. libert. l. ult. §. ult. C. de Codicillis, add. Gratian. d. tom. 5. c. 973. n. 58.


21. Sed explicita hæc sunt jure Civili, cujus mysteria nequaquam cum Interpretum placitis, qui nimis faciles sunt in relaxandis testamentorum solennibus, implicanda esse, quivis intelligit. Certe Testamentorum sanctiores leges sunt, maxima ad fraudes evitandas sollicitudine, prudentiaque inventæ, summorumque Imperatorum auctoritate custoditæ, quàm ut temere violari mutarique pro Civium arbitrio debeant. Queruntur illi de nimia, miseraq; diligentia in faciendis testamētis cum Lucio Titio aliquo in l. 88. §. ult. de legat. 2. Sciant è re ipsorum propria esse argum. l. 24. ff. de testam. milit. §. 1. l. eod. Leges supremarum voluntatum, plurimorum captionibus insidiisque alioquin obnoxias, tam stricte comprehendi, sed & remitti interdum eas, si vel Principis Actorumque Publicorum fides impleretur l. 19. C. de testam. vel testari conantem excusent Militiæ privilegia. r. r. l. de Milit. testam. vel Rusticorum simplicitas. l. ult.

Conclusio de
testamētis
Implicitis.

C. de testam. vel Naturalis Parentum affectus. l. 22. §. 1. C. eod. l. 26. C. fam. ercisc. vel Morbi contagio. l. 8. C. de testam. Sicut ergo gravissimum fuisset, subtiles testandi formas sine ulla exceptione præscribi, ita iniquissimum è contra censendum est, leges negligi, ubi optima servandarum legum copia est & amplissima legitimæ scientiæ facultas.

22. Forte non injucunda futura erunt consultoris alicujus verba *in Vol. 2. Conf. Argent. 69.* cuius de testandi ratione cogitanti dubitative in primis commendanda. Ita enim loquitur ille, cum quæsitum fuisset à Nobili Matrona, qua ratione posset Dn. Marito suo bona relinquere: **Betreffend die andere Frag/ auff was weiß vnd weg solches anzugreifen / darmit solche disposition Krafft vnd Bestand haben möge: da ist nun kein sicherer/richtiger/ vnd schleuniger Mittel/ als daß durch ein letzten Willen in forma eines testamenti Nuncupativi (welches so viel solennitates nicht erfordert/ als ein zierliches Testament in Schrifften) solche Vermächnuß auffgerichtet werde. Im fall aber (NB.) solche Verordnung noch zur Zeit in geheim gehalten werden solte / so könnte solche disposition durch ein zierliches/ beschlossenes Testament fürgenommen werden/ vnd kan man alsdann die in solchen Testamenten erforderete solennitäten wohl in acht nehmen/ vnd die sachen dergestalt versehen/ daß solch Testament vnombgestossen vnd bey Kräfften verbleiben mag. Sequere, testature, consilium securum, bonum, legitimum, nec te Impliciti Testamenti discrimine, tutioribus omissis remediis, implicita.**

F I N I S.



X 2615934

WOM



551. 2

SPECIMEN
EXAMINIS TESTA
MENTARII,

In quo

1649, 3.

Difficiliores Juris Articuli

DE COACTIS TESTARI, DE RE-
BUS FIDEICOMMISSO SUBJECTIS, ET DE
LEGITIMA PER NUNCUPATIONEM
TESTANDI FORMA

Cum aliis annexis præcipue explicantur.

LOCO DISPUTATIONIS INAUGURALIS

Ex

DECRETO ET AUCTORITATE
MAGNIFICI, AMPLISSIMIQUE JCTORUM
IN ALMA ARGENTORATENSI UNIVER-
SITATE ORDINIS

PRO

CONSEQUENDIS IN VTROQUE IVRE HONORIBVS AC
PRIVILEGIIS DOCTORALIBVS

Solenni Examine Academico submissum.

à

JACOBO VALENTINO ESPICHIO,
Argentoratensi.

April.
In Auditorio Majori Mense Febr. die 12.

ARGENTORATI,

Typis JOHAN. PHILIP. MÜLBII,
ET JOSIAE STÄDELII,

cl. lcc XLIX.

